

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. DER KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON, D. OBERLAUS. GESELL. D. W. ZU GOERLITZ, ORD. MITGL. D. DEUTSCHEN GESELL. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELL., D. OECON. SOCIET., D. NAT. HIST. GESELL. ZU LEIPZIG.

SIEBENTES HEFT.

MIT SECHS TAFELN.

LEIPZIG 1840.

VERLAG VON JOHANN AMBROSIUS BARTH.

ALPHABETA GENUINA AEGYPTIORUM

NUMERIS IPSORUM HIEROGLYPHICIS, HIERATICIS DEMOTICISQUE

CONSERVATA

NEC NON

ASIANORUM

LITERIS PERSARUM, MEDORUM ASSYRIORUMQUE CUNEOFORMIBUS,

ZENDICIS, PEHLVICIS ET SANSCRITICIS.

SUBIECTA.

ACCEDIT DISSERTATIO

DE MENSURIS IN S. S. MEMORATIS

PER ANTIQUAS VLNAS AEGYPTIACAS

TAURINENSEM, PARISINAM, LUGDUNENSEM

ILLUSTRATIS.

CUM VI TABULIS ALPHABETICIS.

LIPSIAE 1840.

SUMTIBUS JOHANNIS AMBROSII BARTH.

PRAEFATIO.

Quamquam opusculum hoc, quum antiquis de literis agat praesertim, solam ad palaeographiam spectare videatur; speramus tamen, fore vt aliae quoque disciplinae, historia, chronologia, literatura Aegyptiaca, cuneoformis, Zendica, Pehluica, Indica, vtilitalis quid capiant his ex lucubrationibus. Primum enim numeris Aegyptiacis euincitur, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus verum habuisse alphabetum numeris insitum, quod Hebraico reliquisque genuinis plane respondit. Ex quo sequitur, alphabetum nostrum, quum in monumentis aetate Josephi, quin Abrahami, iam septimo post dispersionem Babylonicam saeculo scriptis reperiatur, inuentum fuisse, neque post Mosen, neque Cadmi illius natu minoris tempore. Hinc falsa opinio est, alphabeticam scripturam, quam veteres ipsi Taauto ex diluuio communi seruato tribuerunt, multa post saecula prodiisse e syllabica, syllabicam vero multo serius e symbolica genuina, siue hieroglyphica. Quare hieroglyphicae Aegyptiorum inscriptiones non debent, neque omnino, neque maximam partem symbolicae putari. Inde patet, suffragante inscriptione Rosettana, fumum vendere, qui, praeter paucissima, hieroglyphicis singulis vocabula integra intrudant symbolice. Ceterum primum hoc libelli caput exhibet signa numerica Aegyptiorum fere omnia, hieroglyphicis, hieraticis demoticisque inscriptionibus maxime variis excerpta; partim noua, partim rectius explicata literisque comparata. Quod attinet cuneoformes Persarum, Medorum Assyriorumque scripturas, his quoque alphabetum Chaldaicum antiquum subesse demonstratur. Cum enim literae Persarum cuneatae combinatoriis ex legibus iustum in ordnem rediguntur; euenit series literarum conueniens cum serie literarum Chaldaicarum siue Neopersicarum potius. Hinc perperam coniecerunt, cuneoformem scriptu-

ram esse antiquiorem nostra, quippe turris Babylonicae tempore vsitatam ideoque genuinam. Sin series literarum cuneatarum refertur ad Neopersicam, optime intelligitur pronunciatio literarum cuneatarum. Sic nobis contigit, aliquot literas, quarum soni erui non poterant, definire; aliarum pronunciationem corrigere; omnino, vbi Grotefend, Burnouf, Lassen aliique dissentiunt, verum inuenire. Zendicae et Pehluicae scripturae probatur literas esse in vniuersum Neopersicas, antiqua ratione scriptas. Vtraque alphabeta sane solis 38 literis constant, nimirum 25 antiquis atque 13 nouis diacriticis. Hinc iam valemus quaeuis vocabula Zendica et Pehluica, quid? quod libros Parsicos omnes literis Neopersicis describere; hinc cuneoformes inscriptiones sonis Parsicis et Neopersicis exprimere. Quo multum iuuari videtur partim Parsicae literaturae, partim cuneatarum inscriptionum interpretatio. Quod Indicum alphabetum attinet, docetur, literas Sanscriticas esse meras Zendicas et Pehluicas, transuerse scriptas, cum diacriticis nonnullis recentioribus. Hinc iam facile erit, vocabula Indica, neglectis plane literarum sonis hodiernis, exprimere literis Parsicis, Neopersicis, cuneoformibus, aliis; versaque vice. Quod vtilissimum videtur partim ad interpretationem scriptorum Zendicorum, Pehluicorum et cuneoformium, quibus lingua Indica praecipue subest; partim ad etymologiam sanam, vnde pendet subtilior linguarum cognitio. Denique ex conuenientia tot alphabetorum, Aegyptiaci antiquissimi cum Hebraico, Chaldaico, cuneoformibus, Zendico, Pehluico, Indico, Samaritano, Syriaco, Arabico, Graeco, Latino aliisque permultis profecto colligitur, non varios homines variis temporibus serisque inuenisse alphabeta. Imo quum diuersissimis in terris antiquitus alphabeta reperiantur, quae inter se consentiant primis 25 literis, ordine, figura et pronunciatione; eo multum confirmari videtur, quod veteres disertis verbis tradiderunt, quodque nos ante hos quinque annos mathematicis rationibus demonstrauimus, alphabetum genuinum a Noachidis, variarum nationum proauis, repeti debere. Cuius sententiae in gratiam, vtut de ea siue maligni, siue imbecilles animi iudicauerint, argumenta locaque probantia noua attulimus. Vocabularium Aegyptiacum adiunctum continet aliquot centurias literarum et vocabulorum hieroglyphice, hieratice et demotice scriptorum, partim nouorum, partim rectius

explicatorum. Quae vocabula, maxime nomina propria argumento sint, principium hieroglyphices fuisse non acrophonicum, sed mythologicum. Multorum enim opinio est, hieroglyphicum quoduis phoneticum constanter eum significare sonum, quo hieroglyphici nomen incipiat. Sumta haec sunt maximam partem ex tribus Voluminibus opus Spohnianum de lingua et literis Aegyptiorum absoluentibus, quae praeparaui, scilicet Explicatione Insc. Rosett. aliarumque, Grammatica et Lexico Aegyptiaco. Vocabularium cuneoforme exhibet non solum Persarum, sed Medorum et Assyriorum quoque literas et vocabula nonnulla explicata. Quum enim hae scripturae adhuc obscurae easdem leges atque Persica sequi viderentur; coniecimus, literas Medicas cuneoformes singulas exprimere consonam cum vocali, Assyrias vero consonam cum consona pro ratione Indorum. Etsi alphabeta haec nostra multos offerant errores, vt accidit primum eiusmodi periculum facientibus; persuasum tamen nobis est, certe nonnullas literas recte se habere. Saltem probabitur serius ocius, Medicum quoque Assyriumque alphabetum cuneoforme pariter atque Babylonicum legibus combinatoriis inniti ad instar Persici. Eodem spectat inscriptio cuneoformis in ripa Euphratis nuper a de Mühlenbach reperta, quae non nouum scripturae cuneoformis genus, sed Medicum iamiam notum offert negligenter exaratum. Denique dissertatio de mensuris Hebraeorum adiuncta explicat vlnas Aegyptiacas antiquas ope papyrorum Taurinensium, qui continent antiqua hypogeorum Thebanorum delineamenta, circa annum 1650. a. Ch. facta. Quum ibi camerae singulae mensuras suas accuratissime indicent, quumque eadem hypogea Francogalli duce Napoleone metiti sint; facile fuit demonstrare, vlnam Aegyptiacam, aetate Mosis vsitatam, fuisse aequalem illi seriori, cuius exempla conseruantur Taurini, Parisiis et Lugduni. Quibus vlnis egregie illustari demum videtur, quidquid in S. S. pertinet ad mensuras. — Superest dicere de typis nouis hoc in opusculo adhibitis. Quum ante hos duos annos paene absoluissem libellum meum, id breui tempore edi posse videbatur adhibita lithographia. Quum vero rogarer a typographo Fr. Nies, vt characteres insolitos pro Jubilaeo artis typographicae celebrando chalybi excidendos curarem; non potui recusare, quod vere communem ad vtilitatem laudemque spectaret. Hinc per integrum

fere annum multum temporis et operae consumsi in eo, vt typi fere **1000** quam accuratissime delinearentur, sculperentur, funderentur, expolirentur; neque raro accidit, vt integros dies viro in hac arte dextimo **Fr. Matthés** ad manus esse deberem. **Typi** hieroglyphici, hieratici et demotici ad fidem inscriptionum elegantissimarum, de quibus integrum volumen descriptum habeo, elaborati sunt. **Praeterea** adhiberi debuerunt literae antea a **Schwartzio** curatae. **Literas Cuficas** descripsi de stele marmorea **Parisina** elegantissima eaque antiquissima. **Zendicos** et **Pehluicos** typos non de tabula **Anquetili** parum accurata, ex qua alphabeta **Parisinum** et **Berolinense** prodierunt, sed ad contextus delineaui. **Hinc** literae **Parsicae** nostrae non solum elegantiae, sed etiam antiquitati verae satisfacere videbuntur. **Typi Phoenicii**, **Aramaei Hebraeique** antiqui, pariter atque **Palmyreni**, **Gothici**, **Birmanici**, **Sanscritici** partimque cuneati debentur curae **Beerii**, collegae meritissimi.

Scripsi in Vniuers. Lips. d. 25. Dec. 1839.

G. Seyffarth.

Index.

Cap. I. De alphabeto Aegyptiorum genuino.

§. 1. Introductio. Quomodo alphabetum Aegyptiorum genuinum vere inueniendum sit. pag. 1.

§. 2. Veterum testimonia Aegyptiorum de alphabeto. . . . . p. 1.

Plutarchus de 25 literis Aeg. p. 1.
Septem vocales Aeg. p. 2.
Thoth — Noah inuentor alphabeti. p. 2.
Alphabetum Aeg. aequale Hebraico. p. 3.
Literae Aeg. in septem classes diuisae. p. 4.
Septem vocales consonis interpositae. p. 5.
Arabum literae 25 antiquae. p. 6.
Indicae literae ex ordine numerorum. p. 6.

§. 3. Historica. Quinam numeri Aegyptii deinceps recogniti fuerint quibusque a viris. p. 7.

Sententia de numeris Aeg. alphabetum continentibus. p. 7.
Numeri inuenti a Jomard. p. 7.
Youngii numeri hieroglyphici et demot. p. 7.
Akerblad numeri demotici. p. 7.
Spohn numeri demotici. p. 8.
Champollion hieratici numeri. p. 8.
Quintino numeri hieratici. p. 8.
Kosegarten et Peyron num. fracti. p. 8.
Seyffarth num. demotici hieraticique. p. 8.

§. 4. Instructio systematis Aegyptiorum numeralis. . . . . p. 9.

Numeri noui 50 et 70. p. 9.
Inscriptio bilinguis numerica Vien. p. 10.
Numeri 80 et 90; signa additionis et summarum. p. 10.
Rationes antiquae de papyr. Taurin. p. 11.
Numeri 100 — 100000 hierat. de papyris Taurin., historiam Manethonicam et hypogeorum delineamenta continentibus. p. 11.

§. 5. De numeris demoticis. . . . . p. 12.

Numeri demot. in papyro antiquissimo aetate Psammetich. p. 12.
Numeri demot. de papyris bilinguibus. p. 12.
Reliqui numeri 1 — 5300. p. 13.

§. 6. De numeris hieraticis demoticisque pro diebus mensium. . . . . p. 13.

Tempestatum trium apud Aeg. nomina, p. 13.
Hieroglyphice, hieratice, demotice expressa. p. 14.
Epagomenorum notae. p. 14.
Nomina dierum initialium et finalium mensis. p. 15.

§. 7. De reliquis signis numericis, quae in monumentis hierogl. hier. et dem. reperiuntur. pag. 15.
Numeri ordinales hierogl. hier. dem. p. 16.
Numeralia aduerbialia. p. 16.
Numeralia in vlnis antiquis Aeg. p. 16.
Numeri forte cyclici. p. 17.
Inscriptio bilinguis Londin. p. 17.
Numeri fracti hieratici. p. 18
Rationes cum numeris fractis. p. 18.
Numeri fracti demotici. p. 19.
Mensurarum notae in hypogeis. p. 19.
Catalogus numerorum propriorum. p. 20.
§. 8. De variantibus numerorum hierogl. hier. dem. (Dyn. XVII. — imperatores Rom.) p. 21.
Stele hieratica antiquissima. p. 21.
Variantes ab antiquissimis inde temporibus. Tab. II.
§. 9. De origine numerorum Aeg. . . . . p. 22.
Numeri Aeg. neque sunt signa arbi raria; p. 23.
Neque cum vocabulis numericis cohaerent; p. 23.
Neque aliis a gentibus ad Aeg. venerunt. p. 24.
Papyri paralleli ad hieroglyphorum sonos eruendos aptissimi. not. 42.
Hieroglyphici numeri literis comparati sonant a, ch, p, k, t. pag. 25.
Numeri hieratici et dem. literis comparati. p. 26.
Tabula numerorum pronunciatorum. p. 30.
§. 10. Conclusio. Numeris inest Aeg. alphabetum verum, quo tota Aeg. literatura nititur; p. 30.
Licet numeri a literis paullulum differant p. 30.
Atque literae Phoeniciae non plane congruant cum numeris Aeg. p. 31.
Nomina literarum Hebraicarum rectius explicata. p. 33.
Alphabetum Hebr. cum Aeg. comparatum. p. 35.
Literae Aeg. ambiguae. p. 37.
Diuisio alphabeti primaeui in 7 classes. p. 39.
Arabum ea de diuisione traditio. p. 40.
§. 11. Consequentiae ex antiquitate alphabeti Aegyptiaci . . . . . . p. 41.
Alphabetum neque post Mosen, neque a Cadmo iuniori inuentum. p. 41.
Aeg. literatura non est symbolica, sed alphabetica. p. 42.
Alphabetum Aeg. non prodiit e Phoenicio, sed vtrumque e Chaldaico genuino. p. 43.
Cap. II. De alphabeto scripturae cuneoformis genuino.
§. 1. Introductio. Triplex scriptura cuneoformis . . . . p. 45.
Tabula literarum cuneatarum Persicarum. p. 46.
§. 2. De combinatione literarum cuneoformium . . . . p. 48.
Diuisio literarum 36 cuneatarum in quatuor classes secundum cuneos initiales. p. 49.
Leges combinatoriae adhibendae. p. 49.
Literae cuneatae in classes et ordines dispositae. p. 50.
Explicatio tabulae praecedentis. p. 51.

§. 3. Series literarum cuneatarum 36 comparata cum 36 Neopersicis pro ordine numerali pag. 54.
Diuisio alphabeti Neopersici in literas antiquas et diacriticas. p. 35.
Pronunciatio litt. Neopersicar. p. 56.
Tabula litt. cun. cum Hebraicis et Neopers. comparatarum. p. 58.
Pronunciatio literarum cuneatarum rectior. p. 59.
Pronunciatio literarum cuneatarum adhuc incognitarum p. 60.
§. 4. Examinatio alphabeti cun. combinatorii . . . . p. 60.
Alabastrum Paris. cum nomine Xerxis. p. 60.
Nomina Darii, Hystapidis, Achaemenid., Ormuzdi, Cyri. p. 61.
Persia, Chawon, Media, Babylonia, Arabia, Assyria. p. 62.
Su-daritae, Armenia, Cappadocia, Sapires, Iones. p. 63.
Vtii, Draggae, Paryetae, Sagartii, Parthi, Saraggi, Arii, Bactria, Sogdi. p. 64.
Chorasmii, Sattagydae, Arachosii, Indi, Gandari, Saci, Mici. p. 65.
Pronunciatio Lassenii, Burnouf, Beer, Grotefend iudicata. p. 66.

Cap. III. De alphabeto literis Zendicis et Pehluicis subiecto.

§. 1. Indroductio. Literaturae Parsicae vsus in cuneoformi . . . . . . p. 67.
§. 2. De natura scripturae Parsicae . . . . p. 67.
Literae Parsicae 25 genuinae, 13 diacriticae. p. 68.
Tabula litt. Zend. et Pehluio. cum Neopersicis et Cuficis comparatarum. p. 68.
Discrimen litt. genuinarum et diacriticarum. p. 69.
Parsicae literae ad Neopersicas et Cuficas relatae. p. 70.
Vocales Parsicae [illegible] [illegible] et [illegible] ad antiquum Alphabetum 25 literis constans pertinuerunt. p. 75.
§. 3. Conclusio. Literae Neopersicae e Parsicis ortae sunt; . . . . . . p. 76.
Quod confirmant numeri Pehluici. p. 77.
Specimina Parsica Zendice, Peluice et Neopersice scripta. p. 78.
Error Anquetili de sono *l*, Parsis non alieno. p. 79.

Cap. IV. De alphabeto literis Indicis subiecto.

§. 1. Natura literarum Sanscriticarum . . . . p. 80.
Indiae et Persiae antiqua affinitas. p. 80.
Alphabetum Sanscrit. ad 25 literas reductum. p. 81.
§. 2. Comparatio literarum Sanscriticarum cum Zendicis, Pehluicis atque Neopersicis. p. 82.
Leges ea in comparatione seruandae. p. 82.
Tabula comparatiua litt. Sansc. cum Parsicis. p. 83.
Litt. Sansc. antiquae et diacriticae explicatae. p. 84.
Septem alphabeti genuini vocales Indis seruatae. p. 86.
§. 3 Conuenientia alphabeti Sanscritici cum Zendico et Pehluico in vniuersum . p. 88.
Indorum literae sunt reliquis cognatae, proxime Parsicis. Argumenta. p. 88.
Literae Ind. pariter atque reliquae Diis Planetis sacrae. p. 90.
Numeri Indici respondent literis alphabeti antiqui. p. 91.

§. 4. Conclusio. Quid iuuet, literas Indicas comparari posse Zendicis, Pehluicis, Hebraicis, Neopersicis, rell. . . . . p. 92

Librorum Zendicorum explicatio. p. 92.

Etymologia correctior. p. 92.

Inscriptionum cuneoformium interpretatio. p. 93.

Specimina cuneoformia literis Indicis, Parsicis, Neopersicis, Hebraicis, Cuficis expressa. p. 94.

Scriptura Medica et Assyria ac Babylonica cuneoformis est combinatoria. p. 94.

Corollarium. De origine alphabetorum . . . . p. 95.

Veteres Noacho adscribunt alphabeti inuentionem. p. 95.

Conuenientia alphabetorum omnium p. 96.

Ordine, numero, figuris literarum, rationibus internis. p. 97.

Sanchuniathon, Berosus, alii tradunt alphabetum esse imaginem Zodiaci sub finem Diluuii. p. 98.

Ergo alphabetum loca planetarum tum obseruata continere debet. p. 99.

Diluuium desiit a. 3446 a. Ch. d. 7. Sept. p. 100.

Septem planetarum loca significant 7 vocales. p. 103.

Quarum loca conueniunt cum planetis a. 3446. d. 7. Sept. obseruatis. p. 104.

Ergo alphabetum Noachidis debetur historice pariter atque mathematice. p. 105.

Vocabularium Aegyptiacum . . . . p. 105.

Literae et vocabula hieroglyphica, hieratica, demotica XIV classibus comprehensa deinceps pronunciata p. 105 — 123.

Vocabularium cuneoforme . . . . p. 122.

Literae et vocabula cuneoformia Persica IV ordinibus comprehensa deinceps pronunciata. p. 124.

Literae et vocabula Medorum et Assyriorum deinceps pronunciata. p. 128.

Dissertatio de mensuris in S. S. memoratis per antiquas vlnas Aegyptiacas, Taurinensem, Parisinam, Lugdunensem illustratis . . . . p. 139.

Explicatio inscriptionum et diuisionum in vlnis Aeg. antiquis exstantium p. 140.

Papyri Taurinenses cum delineationibus hypogeorum Thebanorum antiquis explicati p. 150.

Eadem hypogea ex Francogallorum mensione vsum vlnae Aeg. illustrantia p. 151.

Mensurae Hebraicae ad Aegyptiacas relatae p. 153.

Tabula I. Numerorum Aegyptiorum hieroglyphicorum, hieraticorum, demoticorum systema.

- II. Variationes numerorum Aeg. 1 — 10000., variis saeculis obuiae.

- III. Numeri Aegyptiaci comparati antiquis cum literis Aegyptiorum, Hebraeorum, Graecorum, Italorum aliorumque.

- IV. Alphabeta cuneoformia Persicum et Medicum in ordinem redacta.

- V. Alphabetum cuneoforme Assyrium combinatione elementorum tentatum.

- VI. Literae Zendicae, Pehluicae, Indicae, Persicae Arabicaeque cuneoformibus respondentes.

Pars I.

De alphabeto Aegyptiorum genuino.

§. 1. *Introductio.*

Teste Plutarcho aliisque Aegyptii, quamuis maxime variis signis, fere 500 hieroglyphicis, 400 hieraticis, 300 demoticis scriberent, alphabetum admodum simplex in vsu habuerunt, alphabetum inquam 25 literarum. Magnopere gratulandum nobis foret, inuenire hoc alphabetum, quoniam id non solum noua auxilia ad antiquissimam generis humani literaturam, eamque vtilissimam intelligendam praestaret, sed etiam antiquam solueret quaestionem, vtrum symbolica scriptura prior sit alphabetica, an vice versa; num omnium populorum literae vno eodemque ex alphabeto prodierint. Itaque videamus ante omnia, quid veteres tradant de Aegyptiorum alphabeto, et quid comparatio eius cum aliorum alphabetis doceat; quo facto ipsa Aegyptiorum monumenta adire iuuabit.

§. 2. *Veterum testimonia.*

1. Alphabetum Aegyptiorum vetus continuit 25 literas. Plutarchus disertis verbis: *numerus quinque*, inquit, *quadratum producit a se, quantus est numerus literarum apud Aegyptios, et quot annis vixit Apis*[1]. Qui locus adeo clarus ac perspicuus est, vt nulla egeat illustratione. Claret, Plutarchum alphabetum verum in mente habuisse, neque vero varia signa hieroglyphica, vel hieratica, vel demotica, quae multo numerosiora sunt in monumentis ipsis; neque phonetica, quae dicuntur, hieroglyphica deinceps inuenta a Young, Champollion, Spohn aliisque, quorum iamiam plura sunt 200, literas vocales consonasue nominum pro-

---

1) Plut. De Is. p. 472. Tom. II. p. 374. *Ποιει δε τετραγωνον ἡ πεντας ἀφ' ἑαυτης, ὁσον` των γραμματων παρ' Αἰγυπτιοις πληθος ἐστι, και ὁσων ἐνιαυτων ἐζη χρονον ὁ 'Απις.*

priorum significantia. Itaque secundum Plutarchum, diligentissimum antiquitatis scrutatorem, omnis Aegyptiorum literatura vero nititur alphabeto 25 literarum.

2. Alphabetum Aegyptiacum continuit, vti Indicum, 7 vocales habuitque primam literam vocalem *α*, pariter atque Graecorum, Latinorum aliorumque alphabeta. Diserte enim Plutarchus tradit, primam Aegyptiorum literam fuisse vocalem imagine ibidis expressam. Vtique ibis literam *α* significat Aegyptiace, verbi gratia in nomine regis Amos. Licet idem rex etiam Thuthmos a Manethone appelletur, qua de causa ibis itidem literas *ΘΘ* vel *Thuth* valuerit; salua tamen est Plutarchi sententia de prima alphabeti Aegyptiaci litera, quippe *α* vocali[2]. Quod septem vocales Aegyptiorum attinet, hae saepius commemorantur apud veteres atque septem ad planetas referuntur, vnde Aegyptiorum consuetudo septem vocales ad modum harmoniae sphaerarum septem decantandi[3]. Etiam Graecos constat antiquitus septem vocales in vsu habuisse, nimirum *α ε η ι ο υ* atque Delphicum *ει*; quod quidem, quum diserte in literis alphabeti numeretur, alphabeto Graeco, nescio quo tempore, excidisse videtur, serius duabus vocalibus *ε* et *ι* exprimendum. Item Indorum vocales 14 constant septem antiquis totidemque diacriticis antiquarum, quae ab illis non differunt multum neque forma neque pronunciatione.

3. Alphabetum Aegyptiacum antiquissimis temporibus a diuino quodam Thoth siue Taaut, decimo prognato Protogeni, inuentum est, ergo aetate diluuii. Perantiquum esse Aegyptiorum alphabetum ipsae docent inscriptiones. Literae enim hieroglyphicae, quas Plutarchus ante oculos habuit, eaedem reperiuntur, si Manethonem atque chronologiam astronomicis auxiliis stabilitam sequimur[4], in monumentis ex aetate Mosis, Josephi atque Abrahami. Vnde apparet, Aegyptios iam 7. post Babylonicam dispersionem saeculo alphabetum suum a Plutarcho commemoratum in vsu habuisse. Quod vero literarum Aegyptiacarum originem attinet, omnes in eo consentiunt, Thoth, a quo primus Aegyptiorum mensis Thout nomen accepit, siue Phoeniciorum Taaut, alphabetum inuenisse. Thot enim a Taaut diuersum fuisse nemo contendit contra nominum etymologiam atque historiam[5]. Dubitatur vero, quis fuerit

---

2) Plut. Symp. IX. 2. *Ἑρμης λεγεται θεων ἐν Αἰγυπτῳ γραμματα πρωτος εὑρειν. Διο και το των γραμματων Αἰγυπτιοι πρωτον Ἰβιν γραφουσιν, ὡς Ἑρμῃ προσηκουσαν. οὐκ ὀρθως κατα γε την ἐμην δοξαν, ἀναυδῳ και ἀφθογγῳ προεδριαν ἐν γραμμασιν ἀποδοντες.*

3) Vid. Zoega De Obelisc. p. 435. Jablonski Pantheon Aeg. p. LVI. Demetrius Phal. *Ἐν Αἰγυπτῳ*, inquit, *δε και τους θεους ὑμνουσι δια των ἑπτα φωνηεντων οἱ ἱερεις, ἐφεξης ἠχουντες αὐτα· και ἀντι αὐλου και ἀντι κιθαρας των γραμματων τουτων ὁ ἠχος ἀκουεται ὑπ' εὐφωνιας.* Euseb. Pr. Ev. XI. 6.: *Ἑπτα με φωνηεντα θεον μεγαν ἀφθιτον αἰνει γραμματα, τον παντων ἀκαματον πατερα.* Conf. Galeus ad Rhet. p. 235. Plut. de Delph. *ει.* p. 386. Clemens Al. Strom. VI. 684.

4) Seyffarth Systema astronomiae Aeg. Lips. 1833. p. 342. atque: Unser Alphabet ein Abbild des Thierkreises cet. Leipz. 1834. p. 33.

5) Creuzer Symbolik ed. 2 Vol. II. 14. I. 364. Euseb. Pr. Ev. I. 10. p. 25. ed. Lut.

ille. Multi quidem nostratium, quum Thoth omnino sumant pro deo, putant, veteres tradidisse, diuinam sapientiam aliquando hominibus inuenisse literas. Veteres autem constanter Thoth nostrum sumserunt pro homine, cuius proauos 10 inde a Protogeno diserte commemorat Sanchuniathon. Ex quo sequitur veteres voluisse tradere, decimum a Protogeno, primo homine, prognatum siue Noam, quippe decimum ab Adamo prognatum, alphabetum Aegyptiacum pariter atque Phoenicium inuenisse. Quae sententia confirmatur historia. Narratur enim Taaut posteris alphabetum tradidisse, quo tempore Typhon i. e. mare orbem terrarum inundasset (*τον τυφον ἐκ παντος αὔξειν*). Huc facit locus apud Berosum, qui tradit, virum illum diluuio superstitem alphabetum diluuio aduentante condidisse, finita inundatione posteris restituisse; de quo infra. Subsistamus in eo, quod e sententia veterum alphabeti Aegyptiaci auctor est diuinus ille Thoth aetate diluuii degens.

4. Alphabetum Aegyptiacum Chaldaico antiquo siue Hebraico, quocum reliqua fere omnia alphabeta consentiunt, aut aequale aut simillimum fuerit necesse est. Primo enim Clemens Al. loco laudatissimo tradit[6]), Aegyptiorum hieroglyphica loqui per primaeuas literas (*δια των πρωτων στοιχειων κυριολογειν*). Quae verba Letronne quidem in gratiam Champollionis interpretatur sic: hieroglyphica phonetica eos significarunt sonos, a quibus nomina hieroglyphicorum inciperent, vt Hebraico in alphabeto accidit. At hanc talem interpretationem, vtut ingeniosam, nimis artificiosam esse, nemo vnquam negabit, a partium studio alienus. Contra facilior ac naturalior est sententia Weiskii, qui *πρωτα στοιχεια* dicit primaeua scripturae elementa, primas inquam gentis humanae literas. Accedit, quod Champollionis hypothesis parum confirmatur euentu. Paucissima sunt hieroglyphica eos significantia sonos, a quibus nomina hieroglyphorum ipsorum incipiant. Imo plurimae hieroglyphicae alias vocales et consonas exprimunt, quam quibus nomina eorum incipiunt; quare acrophonicum illud hieroglyphices principium videtur fortuitum. Porro sunt hieroglyphica, quae, vt ipse Champollion animaduertit, diuersos sonos valeant. Sic leo non solum *l* sed etiam *r*, item pennae binae nunc *i* nunc *s* significant ipsis in nominibus propriis. Quem scrupulum Champollion eo nobis eximere studuit, quod Aegyptii Ptolemaeum, Cleopatram, Arsinoem, Berenicem dixerint etiam Ptoremaeum, Creopatlam et sic porro, vel quod leo per dialectorum varietatem non solum ⲗⲁⲃⲟⲓ, sed etiam, quod Lexica negant, ⲣⲁⲃⲟⲓ vocatus fuerit. Nemini vero facile persuadebitur, quum iisdem

---

Lib. II. p. 39. ed. Vig. *Θεος Τααυτος — διετυπωσεν τους ἱερους των στοιχειων χαρακτηρας — ταυτα παντα ὁ Θαβιωνος παις, πρωτος των ἀπ' αἰωνος γεγονοτων Φοινικων ἱεροφαντης ἀλληγορησας, τοις δε φυσικοις και κοσμικοις παθεσιν ἀναμυξας, παρεδωκε τοις ὀργιωσι και τελετων καταρχουσι προφηταις. Οἱ δε τον Τυφον αὔξειν ἐκ παντος ἐπινοουντες τοις αὐτων διαδοχοις παρεδωσαν και τοις ἐπισακτοις, ὧν εἱς ἠν Ἰσιρις, των τριων γραμματων εὑρετης, ἀδελφος Χνα, του πρωτου μετονομασθεντος Φοινικος.*

6) Strom. V. 4. coll. Letronne in Champollion Précis p. 378. et Weiske in Seyffarth Rudimenta p. 43.

in monumentis nunc Cleopatra nunc Creopatla legendum sit, inscriptionum auctores adeo miscuisse literarum sonos. Praeterea sunt hieroglyphica, quae sonos maxime diuersos, minime inter se affines exprimant, veluti pennae dictae sonos *i* atque *s*, discus alias *r*, alias, verbi gratia in *Xerxes*, *Autocrator*, consonam *c*. Quae plane Champollionis cum principio acrophonico conciliari nequeunt. Statuendum foret e sententia Champollionis, pennas, discum atque sexcenta alia hieroglyphica varias singula significare res, quarum nomina Coptice non solum ab *i* sed etiam ab *s*, non solum ab *r*, verum quoque a *c* incipiant et sic porro. Sin statuas, quoduis hieroglyphicum varias res significasse quippe a variis sonis incipientes; equidem non video, quid nos impediat, verbi causa disco ◉ quemuis alium alphabeti sonum tribuere pro lubitu. Quid? quod cum Champollione ipse Plutarchus pugnat. An ibis (ϩⲓⲡ, ϩⲓⲡⲡⲉⲛ), quae teste Plutarcho vocalem, primam alphabeti literam valuit atque *a* in Amos aliisque vocabulis exprimit, Coptice vocatur ⲁⲡ? Videsis, quo ducat falsa vocabulorum *πρωτα στοιχεια* interpretatio.

Quod ex loco Clementis apparet, alphabetum Aegyptiorum Chaldaico primaeuo affine fuisse; idem sequitur ex numero literarum alphabeti vtriusque aequali. Semitica alphabeta consentiunt inter se 22 literis inde ab א ا vsque ad ת ت. Totidem literas Aegyptiacum 25 literarum alphabetum continuit, priusquam tribus, vt Sanchuniathon ait, augeretur literis per Isiridem. Maioris momenti est id, quod Chaldaicum alphabetum initio 25 literis constitit pariter atque Aegyptiacum. Quum enim vtraque alphabeta conspirent, alterumque ex altero restitui debeat; quum Latini et Graeci habeant V et *Y* post ת, Arabes vero, Graeci et Indi duas vocales retinuerint inter ו et ת [7]): inde sequitur, Chaldaeos quoque initio 25 literas in vsu habuisse ad instar Aegyptiorum.

Vtriusque alphabeti affinitatem imprimis probat traditio apud Arabes [8]). Quippe qui narrant, *linguam Pharaonum 7 tantummodo continuisse literas, quarum quaeuis tribus signis expressa fuerit.* Huic traditioni maxime singulari quin veri aliquid subsit, dubitare non licet. Scilicet literae Chaldaicae, vt alias demonstrauimus [9]), sunt imagines rerum diis planetis apud veteres sacrarum. Quaeuis litera secundum nomen figuramque suam pertinet ad ducatum planetae ita quidem, vt, omissis vocalibus, primam consonam habeat primus planeta, secundam secundus et sic porro. Hinc fit, quum 25 literas inter septem planetas (☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄) diuidas, vt quiuis planeta ternas consonas ducat. Itaque alphabetum Chaldaicum septem constat classibus, quarum quaeuis tres literas continet, vt sequens schema docet:

---

7) Seyffarth: Unser Alphabet ein Abbild des Thierkreises p. 6.

8) Niebuhr Arabia p. 91.

9) Syst. astr. Aeg. p. 370.

Planetae:	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄
Consonae:	—	—	ב	ג	ד	ו	ז
	ח	ט	כ	ל	מ	נ	ס
	פ	צ	ק	ר	ש	ת	—
Vocales:	א	(ה́)	ה	(ה̋)	י	ע	V

Iam vides, quid sibi velit Arabum traditio de Pharaonum alphabeto. Quemadmodum Aegyptii, ita Chaldaei quoque septem constituerunt literarum classes, tribus quamque literis constantem. Porro, quemadmodum Chaldaicae literae, ita Aegyptiacae quoque sunt symbola rerum sacra. Hieroglyphica enim esse imagines rerum diis planetis propriarum, iam constat. Accedit, quod signum hieroglyphicum quoduis eum significat sonum, qui planetae, cuius ad ducatum idem hieroglyphicum pertinet, secundum schema propositum contigit. Sic ad Solem pertinet consona *l*, qua de re Aegyptii Solis imagine *l* significant. Quam literam etiam leo exprimit, quoniam leo ad ducatum Solis pertinet et sic in reliquis. Hinc vero etiam patet, cur leo et discus ● non solum *l*, verum quoque *r* et *c* valeant. Scilicet literas *l*, *r*, *c*, quum Solis ad classem pertinerent, iisdem imaginibus Soli sacris exprimere licuit, annuente ipsa Arabum traditione. Addere licet, diuisionem alphabeti in septem classes non modo Chaldaeis et Aegyptiis notam fuisse, sed Graecis quoque, vt mythus de Cadmo docet. Milites enim, qui ex dentibus draconis a Cadmo seminatis prodirent, literas significare, antiqua est sententia. Tradunt nimirum, exercitum Cadmeum, diuortium passum, adeo decreuisse, vt quinque tantum superessent heroes, quibuscum Cadmus et Hermione, ergo septem heroes, Thebas, scientiae sedem, condiderint. Sin concedis, scientiae milites esse literas, habemus denuo alphabetum in septem classes diuisum, instar Chaldaici et Aegyptiaci.

5. Quod septem vocales Aegyptiorum attinet, superest accuratius probare, quasnam inter consonas collocatae fuerint. Primo quidem, quum pleraque alphabeta cum Chaldaico Aegyptioque congruant; patet, Aegyptiorum vocales *a* α, *e* ε, *i* ι, *o* ο, *u* υ iis alphabeti in locis fuisse positas, quibus α א, ε ה, ι י, ο ע atque *V Y* Latinorum et Graecorum reperiuntur. De loco vocalis *a* testem habemus, vti dictum, ipsum Plutarchum. Vocalis *u* post ה ponenda est, quia ibidem exstat Latinorum *V* et Graecorum *Y*, quod initio *u* sonuisse, alias demonstrauimus [10]. Etiam Hebraeos post ה antiquitus habuisse vocalem *u*, quae serius cum ו, neutiquam vocali reliquis in alphabetis, coniungeretur; testantur Psalmi alphabetici, literam פ tanquam *w V* post ה adiicientes. Atque infra videbimus, etiam alphabeta Zendicum, Pehlvicum, Indicum, cuneoformia Persarum, Medorumque continuisse vocalem *u* post ה. Iam quaeritur, quae consonae sextam et septimam Aegyptiorum vocalem incluserint. Quod quidem docet alphabetum Persico-Arabicum, item e Chaldaico primaeuo oriundum.

---

10) De sonis literarum Graecarum Lips. 1824. p. 628.

Neminem fugit, Arabes exprimere hebdomadis dies literis alphabeti sic:

قرشت	سعفص	كلمن	حطی?	هوز?	ابجد
dies Iouis	Mercurii	Martis	Lunae	Solis	Saturni

Vnde clarum est, Arabes initio quaternis literis singulos dies significasse. Nulla enim fuisset ratio, solum diem secundum tertiumque trinis literis exprimere. Ergo alphabeto Arabum genuino duae literae inter ז et ח, vocales inquam exciderunt. Quod Graecorum Indorumque ex alphabetis colligitur. Scilicet Graeci post ז ζ tuentur vocalem η; quam caue pro ח ingestam dicere. Inscriptiones enim antiquissimae, quibus v. c. ἥλιος redditur *ΗΗΛΙΟΣ*, distinguunt *H* (*h*) consonam ab *H* (η) vocali. Eodem spectat alia litera antiquo Graecorum alphabeto communis, Delphicum inquam ει. Habemus itaque duas illas vocales antiqui alphabeti serius perditas, quas iure meritoque ponere licet, quo loco lacunae sunt in alphabeto Arabum. Cui adstipulantur Indi. Claret enim Indos primas alphabeti literas pro numeris adhibuisse, literas paululum mutando; vnde Arabum numeri nostrique dicuntur orti. Scilicet numeri Indici **1 2 3 4 5 6 7** conueniunt cum literis Indicis א ב ג ד ה ו ז, vt infra accuratius demonstrabitur; numeri 8 et 9 vero respondent vocalibus *ri* et *lri* Indicis, quae ipsae sunt vocales illae alphabeti Arabici Chaldaeique perditae. En tabulam!

	1	2	3	4	5	5*	6	7	8	8*	9	9*
I.	१	२	३	४	५	५	६	७	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
II.	अ	भ	[illegible]	घ	[illegible]	[illegible]	ऊ	ठ	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
III.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	—	[illegible]	—
IV.	א a	ב b	ג c	ד d	ה	e	ו f	ז g	η	ê	ει	é
Zend.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	—	[illegible]	[illegible]	[illegible]		[illegible]	

Qui numeri (I) subiectis cum literis (II) congruunt, omissis lineolis literarum verticalibus et horizontalibus; vti versus III docet. Praeterea pleraeque literae verti debent, quia antiquitus Indi a dextra versus sinistram literas exararunt, quod ex numeris ipsis apparet. Licet numeri literis non omni ex parte quadrent, plurimi tamen adeo quadrant, vt numeros literae aequent maxime in MSS. Quiuis concedet, numeros Indicos non esse arbitrarios, vel lineolis simplicibus constantes; imo simillimos literis videri. Quod cum concedatur, sequitur numeros comparari debere cum literis Indicis, de quibus nullae sunt numeris illis similiores, quam dictae. Iam vero quod numeros 8 et 9 attinet, vocalis *ri* siue η plane quadrat numero 8; paulo minus *lri* siue ει numero 9. Quemadmodum vero numerus 8* a numero 9* non differt nisi lineola diacritica, ita etiam *ri* a *lri*. Quare concludendum, Indorum literam octauam et nonam fuisse vocales, nimirum eas, quae antiquo Arabum, Chaldaeorum aliorumque alphabeto exciderint. Iam cum Indi pariter atque Graeci et Arabes duas literas quippe vocales inter ז et ח habuerint antiquitus; sequitur Aegyptiorum quoque vocales binas, praeter quinque illas vulgares commemoratas, locum habuisse inter ז et ח antiquo ipsorum in alphabeto, Chaldaeorum nempe cognato.

Haec fere sunt, tum quae veteres tradant de alphabeto Aegyptiaco, tum quae ipsius ex comparatione cum alphabetis affinibus sequantur, scilicet Aegyptios

1. verum habuisse 25 literarum alphabetum;
2. quod, septem vocalibus instructum, ab *a* inciperet atque *u* finiret;
3. inuentum a Thoth aetate diluuii;
4. alphabeto Chaldaico antiquo cognatum;
5. duas vocales *η* et *ει* inter ו et ח continens.

Quod Aegyptiorum alphabetum quomodo reperiendum sit in tanta literarum hieroglyphicarum, hieraticarum et demoticarum frequentia iam quaestio est. Quis non videt, adeunda esse proxime signa Aegyptiorum numerica? Populi enim fere omnes, vti constat, alphabeti literis numeros significarunt; qua de causa maxime probabile est, Aegyptios quoque, priusquam 500 hieroglyphica sua earumque compendia hieratica et demotica in vsum reciperent, literis 25 alphabeti ipsorum genuinis expressisse numeros. Quam ob rem iam opus est, accuratius inquirere in systema Aegyptiorum numerale.

§. 3. *Historica.*

Minime noua est sententia, literaturam Aegyptiacam inniti alphabeto Chaldaeorum antiquo. Imo numeros Aegyptios Phoeniciorum alphabeto respondere atque ipsos Aegyptiacum continere, auctor ante hos duodecim annos iam demonstrare studuit [11]. Quod tum temporis parum accurate probari potuit propter ignorantiam multorum signorum apud Aegyptios numericorum, id nunc felicius succedet, nouis auxiliis repertis. Subinde enim Aegyptiorum numeri satius innotuerunt.

Primos Aegyptiorum numeros inuenisse videtur Jomard, qui libello ante hos viginti sex annos edito arguit, se anno 1799, quum in Aegypto versaretur, numeros hieroglyphicos in monumentis distinxisse [12], nimirum hos:

1 = I 10 = ∩ 100 = 9 1000 = [illegible]

Quod reliquos numeros a Jomardo laudatos attinet, auctor errauit. Sic stella marina ★, quae valet literam *s*, nuspiam reperitur pro numero 5; quamuis Horapollo (I. 13) tradat, stellam significare quinque (*τον πεντε ἀριθμον*). Imo Horapollinis sententia est, stellam significare Martis planetam, quippe quintum; vel Martis literam ש.

Eosdem numeros hieroglyphicos Young inuenit, haud dubie proprio Marte, quum libellum Jomardi ignoraret [13]. Demoticos numeros primos explicuit Akerblad anno 1802,

---

11) Rudimenta hieroglyphices pag. 90. col. Tab. XXXVI.

12) Rémarques sur les signes numériques des anciens Egyptiens Par. 1812. Fol.

13) Vide Seyffarth: Uebersicht der Aegyptischen Literatur seit Entdeckung der Inschrift von Rosette 1799—1834. In Seebode und Jahn: Neue Jahrbücher der Philologie III. 1. p. 182. Lips. 1834.

scilicet 1, 2, et 3, si ab eo discedas, quod numeros ordinales pro cardinalibus habuit. Quem secutus est Young inueniendis numeris 5 et 30, serius 7 et 40 aliisque nonnullis, partim erroneis. Eodem tempore Spohn anno 1816 inuenerat 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 30. Champollionis numeri hieratici 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10 prodierunt anno 1823 in Youngii Hieroglyphicis.

Anno 1824 S. Quintino plurimos hieraticos numeros edidit, quos Champollion prius inuenisse alucinabatur, publicandis numeris dierum. Numeros fractos demoticos primum distinxerunt Kosegarten et Peyron in opere de papyris Graeco-Aegyptiacis. Numeros demoticos in papyris Berolinensibus obuios exhibuit primum huius operis volumen, partim false explicatos [14]. Eodem anno auctor, quum Taurini papyros numerosissimos adire, praecipue templorum annales atque rationes publicas examinare ipsi contigissit, totum systema Aegyptiorum numerale descripsit [15], quae schedae anno 1827 communicabantur Champollioni. Eodem anno prodiit opus Kosegartenii cum numeris Taurinensibus, in quo mirari licet, Champollionem eosdem in errores incidisse, quibus equidem ductus eram mea in tabula conscribenda. Denique anno 1828 auctor papyrum elegantissimum Minutolii Vir. Exc. nactus est, cuius capita singula deinceps numeris inscribuntur his:

1	7	40
2	8	43
3	9	44
4	10	45
5	20	50
6	30	66

Qui numeri cum accuratissimi appareant atque ordine continuo sese excipiant, iam normae nobis sint oportet. Omnino tria sunt ad quaestionem nostram necessaria:

1) totum systema Aegyptiorum numerale enucleare;
2) accurate definire numerorum consecutionem;
3) genuinas numerorum figuras ex inscriptionibus eruere.

---

14) Bemerkungen über die Aegyptischen Papyrus zu Berlin. Lips. 1826.

15) Vide Leipziger Lit.-Zeit. 1828. Intellig.-Bl. no. 5. de die 5. Jan.

Probabile enim est, genuina numerorum signa subinde mutationes quasdam subiisse. Quam ob causam distingui debent variarum aetatum inscriptiones chronologice. Ante omnia iuuabit, numeros adhuc incognitos colligere vel definire accuratius.

§. 4. *Instructio systematis Aegyptiorum numeralis.*

Mittamus, quae hactenus disputata sunt de Aegyptiorum numeris, quo certius eorum potestatem eruamus. Pro certis numeris valeant solummodo ii, qui in papyro Minutoliano supra dicto singulis hymnis inscripti continuo ordine sese excipiunt, atque hieroglyphici, qui facillime distinguuntur confirmanturque repetitione signorum parium, exempli gratia hac:

[hieroglyphic numerals] = 4659.

Reliqui numeri hieratici et demotici explicabuntur papyris Aegyptiacis, inscriptiones Graecas numerosque pares continentibus; nec non rationibus scriptis, quibus additiones numerorum eorumque summae exstent. Auxilio est affinitas scripturae hieroglyphicae cum hieratica, atque hieraticae cum demotica; ex qua fit, vt numeri hieratici habitu haud differant a demoticis. Quod duobus exemplis illustrare iuuat. Sic papyrus demotica Berolinensis no. 36. incipit a numeris his: *ετους λϛ* = [demotic] = ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧⲣⲏ ⲗ̅ⲋ̅ = anno solari 36. Quo ex titulo apparet, numeros demoticos 6 [demotic] et 30 [demotic] simillimos esse hieraticis 6 et 30 supra descriptis. Item papyri Berolinenses no. 40 atque no. 41 incipiunt his numeris:

Ετους ιδ = [demotic] = ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧⲣⲏ ⲓ̅ⲇ̅ = anno solari 14 ([demotic])

L *κγ* = [demotic] = ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧⲣⲏ ⲕ̅ⲅ̅ = anno solari 23 ([demotic])

Itaque licebit numeris hieraticis certis incertos demoticos definire, versaque vice.

Deest primum in catalogo numerorum supra exposito numerus 50, quem hieratice [hieratic], demotice [demotic] significasse, facile est demonstrare. Etenim [hieratic], quum numeris 8 et 9 praecedat e. g. in [hieratic] = 58 in [hieratic] 59, aliisque saepissime occurentibus, atque post [hieratic] (100) sequatur constanter; numerum denarium valuerit, necesse est. Demotico vero [demotic] (= [hieratic]) incipiunt papyri ex aetate Ptolemaei Physconis[16]), qui solus inter Lagidas 50 annos regnavit, e. g. [demotic] = a. 52. [demotic] = a. 53. [demotic] = a. 54. Quum tituli Graeci horum papyrorum incipiant ab *ετους νβ* nullusque Ptolemaeus 60 annos regnaverit; nemo negabit, [hieratic] et [demotic] significasse 50.

Numerum 70 valuisse hieraticum [hieratic], demoticum [demotic], haud difficilius erit probare. Ex-

16) Pap. Berol. 38. 48. Item papyri Taurinenses no. 6348. 6352. in Bibl. m. Aeg., quibus tituli Graeci subiecti sunt.

stat nimirum in Museo publico Vienensi stele pretiosissima, cum hieroglyphico textu, infra repetito demotice[17]), quae continet inter alia hunc locum de aetate mortui:

23 dies 1 mensem 70 annos per vitam duxit.

Definitis itaque numeris 1 — 70, restant duo signa et , post (100) passim obuia, e. g. in , , , ; quae 80 et 90 valuerint necesse est. Signum quidem significare 100, per se clarum est, cum respondeat hieroglyphico atque inter numeros denarios et millenarios (=) reperiatur, veluti in = 1300, = 1250, = 1264. Valor vero numerorum et cognoscitur, missis aliis, ex papyris rationes continentibus, quibus numeri plures in vnam summam colligantur. Signum additionis quidem Aegyptiis est , aequale nostro + (plus) atque hieroglyphico . Summam vero significat = = , aequale Coptico ⲟⲩⲱⲧ (vnitas, summa). Signum frequentissimum est in papyro Taurinensi, historiam Manethonicam continente; vbi post singulas dynastias adhibetur ad indicandam summam regum annorumque, eandem ad dynastiam spectantium[18]). Signa , quorum compendium est , vere summam significare, docet inscriptio Thebaica, nunc Parisiis asseruata, quae summam taurorum vaccarumque indicat sic[19]):

tauri 104 et vaccae 172 summa 276.

Item infra similis summa conficitur inter alias haec:

114 + 230 summa 344.

Cuius generis rationes hieraticae demonstrant valuisse 80, vero 90. En exempla de papyris Taurinensibus[20]).

---

17) Stele no. 52. Vid. Anton v. Steinbüchel: Beschreibung der K. K. Sammlung Aeg. Alterthümer Wien 1826. p. 28. Bibl. Aeg. no. 11, 337.

18) Vid. auctoris Bibliotheca Aegyptiaca MS. no. 6412. Quum Musea Aegyptiaca, quae auctor ante hos 13 annos in Italia, Gallia, Anglia, Hollandia, Germaniaque examinauit quarumque 13000 monumenta Aegyptiaca descripsit, fere omnia Catalogo carerent, collectio haec manuscripta comprehendi debebat numerisque deinceps instrui per 13 Volumina. Huc spectant numeri Bibl. Aeg. supra infraque citati. Cuivis licebit serius quoque inspicere hanc nostram Bibliothecam, quam diu vnita manebit.

19) Vid. Young Hieroglyphics Vol. II. Tab. 41—43. coll. Bibl. Aeg. 4234. ss.

20) Bibl. Aeg. 7909. 7928. 6936. 7520. 7826. 7897. 7939. al.

21 + 12 = 33.

54 + 80 = 134.

80 + 70 = 150.

71 + 20 = 91.

836 + 51 = 887.

33 + 266 = 299.

Itaque habemus numeros omnes ab 1 vsque ad 100 iam determinatos. De reliquis facile erit iudicare. Nimirum centenarii numeri constant signo = 100 atque numeris simplicibus, de quibus videsis exempla iisdem papyris descripta in Tabula I adiuncta. Quae quidem non erronea esse item additiones docent veluti sequentes [21].

792 + 400 = 1192.

55 + 55 + 61 + 41 + 54 = 266.

600 + 300 = 900.

2160 + 400 = 2560.

792 + 876 = 1668.

Quod numeros millenarios attinet, Aegyptii praeter = singularia signa excogitarunt, intellectu facillima, quae Tab. I posuimus. Videre licet, Aegyptios 6000 non , neque 9000 , sed et significasse [22]. Hos numeros millenarios recte a nobis explicatos esse, duobus exemplis probare par est. Historia Manethonica Taurini reperta, quae incipit, vti Graeca translatio apud Eusebium, a regno deorum, tribuit diis vsque ad Horum annos = 13918; diuino Thoth annos = 3936; regibus omnibus vero antiquissimis = 23,23(2) annos (menses.) Eosdem fere numeros habes apud Manethonem Graecum, praesertim ex recensione Armena. Alia exempla offert papyrus

21) Vid. Bibl. Aeg. no. 7813, papyrum Taurinensem.

22) Catalogus numerorum a Champollione editus in Kosegartenii libro de prisca Aeg. literat. Tab. V. auctior quidem est catalogo apud Quintinum (Sagio sopra il sistema de' numeri cet. Turin 1825), in multis vero erroneus. Continet numeros, nullo in papyro Taurinensi repertos, caretque aliis frequentissime venientibus.

cum delineatione Hypogei Thebani Taurinensis [23]), quo inter alia hi numeri in vnam summam colliguntur:

$$= 59{,}972 + 890 = 60{,}892.$$

Hi sunt numeri Aegyptiorum hieratici scilicet proprii, a quibus demotici, vt statim videbimus, non ita multum differunt.

§. 5. *De numeris demoticis.*

Valor numerorum demoticorum eruitur partim papyris, iusto ordine numeros deinceps disponentibus, vti in Minutoliano; partim scriptis bilinguibus numeros demoticos graece repetentibus; partim hieraticis numeris demoticorum protypis. Sic papyrus Taurinensis ex aetate Psametichi deinceps enumerat annos inde a 33 vsque ad 42 hosce [24]):

anno 33.	anno 37.	anno 41.
- - 34.	- - 38.	- - 42.
- - 35.	.... - - 39.	
- - 36.	.... - - 40.	

Papyri demotico-graeci exhibent numeros praeter supra dictos hosce: 14. 23. 28. 36. 52. 53. 54. aliosque.

ετους ια	. . . .	anno 11.
- ιδ του και ια	. . . . . .	- 14 vel 11.
- ιγ	. . . .	- - 13.
- κγ	. . . .	- - 23.
- κη	. . . .	- - 28.
- κθ	. . . .	- - 29.
- λα	. . . .	- - 31.
- λε	. . . .	- - 35.
- μδ	. . . .	- - 44.
- μδ	. . . .	- - 44.
- με	. . . .	- - 45.
- μθ	. . . .	- - 49.

Reliqui numeri demotici variis occurrunt in scriptis, de quibus Peyron inuenit sequentes:

7 700 7

23) Bibl. Aeg. no. 6938.

24) Bibl. Aeg. 6373, antiquissimum monumentum demoticum.

			$7\frac{1}{2}$	750	$7\frac{1}{2}$
			$2\frac{1}{2}$	250	$2\frac{1}{2}$
			$3\frac{1}{3}$	$333\frac{1}{3}$	$3\frac{1}{3}$
			$13\frac{1}{3}$	$1333\frac{1}{3}$	$13\frac{1}{3}$
			10	1000	10.

Praeterea reperiuntur aliis in scriptis numeri hi:

	$14\frac{1}{3}$		263		1900
	84		534		$1433\frac{1}{3}$
	90?		536		5300.
	110		919		
	200		924		

Hi sunt numeri Aegyptiorum demotici proprii siue vulgares, hactenus reperti; quos facile est comparare cum hieraticis, vti Tab. I. docet[25].

§. 6. *De numeris hieraticis demoticisque pro diebus mensium.*

Praeter numeros vulgares Aegyptii adhibuerunt alios quoque paullo diuersos ad dies mensium exprimendos, quibus accedunt signa trium anni tempestatum. Scilicet Aegyptii, quemadmodum Zodiaci signa duodecim, ita et anni menses duodecim diuiserunt in tres partes[26]. Hinc singularibus signis expresserunt tres illas anni tempestates, quibus adscribitur mensis primus, secundus et sic porro; quo scias aliquid actum esse primo secundoue mense primae secundaeue tempestatis et sic porro. Iam haec signa tempestatum sunt:

I. = | II. = | III. =

Quorum ordo et significatus intelliguntur e papyris acta per duodecim anni menses indicantibus[27]. Sic in papyro dicto significat mensem quartum tempestatis = , diem 29, ergo penultimum diem tempestatis quadrimestris. Quem sequitur ibidem versu sequenti nota (mens. 4 temp. dies 30); hinc vero et

25) Tabula numerorum apud Champollion caret signis propriis 3 et 4. Ibidem demoticum 3 non est cardinalis numerus, sed ordinalis, de quo infra.

26) Seyffarth Systema astron. Aeg. p. 14. 39.

27) E. g. in annalibus templorum Taurinensibus. Bibl. Aeg. no. 7860. 7938. alq. Eodem spectat tabula calcarea Londinensis Bibl. Aeg. no. 9524.

(mens. 1. temp. [sign] dies 1 et 2). Iam post notam vltimo loco dictam sequitur [sign] (mens. 4. temp. [sign] dies 30), hinc vero [sign] (mens. 1. temp. [sign] dies 1). Vnde patet, seriem tempestatum apud Aegyptios fuisse hunc [sign], [sign], [sign]. Iam vero signa [sign] expressisse vltimam anni Aegyptiaci tempestatem, alius docet papyrus Taurinensis [26]), quo tempestatem [sign] excipiunt dies Epagomenorum. Habes hic sequentes notas rubramento exaratas deinceps:

[sign] = mens. 4. tempest. 3. d. 30.
[sign] = pн ƨı Epagomen. d. 3.
[sign] = mens. 1. tempest. 1. d. 4.

Eadem temporum ratio est demotica in scriptura, quae tempestatum notas in compendia redegit sic:

I. [sign] = [sign] | II. [sign] = [sign] | III. [sign] = [sign]

Quas tempestates recte definitas esse, testem habemus inscriptionem Rosettanam, vbi menses Mechir, Mesori et Thouth Linn. 1. 27. 29. eodem atque dictum est modo exprimuntur. Eodem facit papyrus demoticus Berolinensis no. 49. col. 7., quo mensium dies hoc ordine deinceps enumerantur:

	mense	temp.	die		
[sign]	[sign]	1.	1.	16.	= Thouth.
[sign]	- [sign]	2.	1.	13.	= Paophi.
[sign]	- [sign]	3.	1.	16.	= Athyr.
[sign]	- [sign]	-	-	19.	—
[sign]	- [sign]	-	-	22.	—
[sign]	- [sign]	-	-	30.	(vltimo)
[sign]	- [sign]	4.	1.	1.	= Choeak.
[sign]	[sign]	1.	2.	26.	= Tybi.
[sign]	- [sign]	2.	2.	21.	= Mechir.
[sign]	- [sign]	3.	2.	23.	= Phamenoth.
[sign]	[sign]	2.	3.	18.	= Payni.
[sign]	[sign]	4.	1.	20.	= Choeak.

Ceterum notae tempestatum pariter atque mensium et dierum variis modis exaratae cernuntur in manuscriptis. Quod non cadit solum in compendia hieratica, maximeque demotica, sed ipsa quoque hieroglyphica. Sic mensis Thouth scribitur non solum [sign], sed etiam [sign] et [sign]. Pro Choeac reperitur [sign] et [sign] et [sign]; pro Tybi [sign] et

28) Bibl. Aeg. no. 7939.

et ; pro Payni et et sic porro. Cuius generis variationes penderunt a scribis, vocabula eadem aliter exprimentibus. Scilicet significant haud dubie:
= irrigationem Nili a radice ⲥⲁ, ⲥⲉ, ⲥⲟ, ⲥⲱ irrigare, potare, bibere; ergo autumnum.
= = hiemem ab ϩⲉⲛ̄ⲣⲏ, ϩⲉⲣⲏ casus solis vel finis aestatis.
= aestatem a radice ϣⲱⲙ (aestas).

Certe initio periodi canicularis, quo Sirius mense nostro Julio heliacice oriebatur, Aegyptiorum Thoth cum prima anni tempestate incidit in autumnum, ab inundatione Nili incipientem.

Iam his tempestatum notis adiunguntur historicis in monumentis dierum numeri; pro quibus Aegyptii item singularia signa sibi excogitarunt, quo facilius numeros annorum a dierum notis distinguerent, saltem hieraticis demoticisque in scriptis. Inuenies enim post vocabula = = = = = = = = (ⲣⲏ, ϩⲣⲁ dies) hieroglyphica quidem numeros iam notos, post hieratica et demotica vero signa numerorum singularia, partim e numeris vulgaribus petita, partim noua; quae Tab. I posuimus. Claret enim numeros ortos esse e repetitione vnitatis. Signa = = 4 et = 9 haud dubie sunt numeri vulgares variati; atque = = 10, = = 20 videntur ex I = 1 orta, potentia denaria aucto. Denique = = est litera frequentissima sonum ϧ significans, quare velis = = interpretari ⲣⲏ ϧⲁⲉ diem vltimum.

Praeterea monendum, nonnunquam reperiri numeros hieroglyphicos in textibus hieraticis, hieraticos in demoticis, viceque versa. Sic in cista mumiae Graeco-Aegyptiacae Taurinesi 8 exprimitur , quae signa sunt hieratica dierum. Etiam vidimus, haud raro pro numeris vulgaribus poni numeros dierum hieratice et demotice, vti in pro = 44, cuius generis peccata neminem offendent.

§. 7. *De reliquis signis numericis.*

Praeter numeros hieroglyphicos, hieraticos et demoticos vulgares, nec non dierum mensiumque notas Aegyptii alia quoque in vsu habuerunt signa numerica, nempe numeros ordinales, aduerbiales, longitudinales, improprios atque fractos, de quibus superest breuiter disserere.

I. Numeri ordinales hieratici et demotici non differunt a vulgaribus nisi apicibus adiunctis, vti docent numeri de papyro Minutoliano supra descripti. Hinc numeros cardinales, vero ordinales significant, et sic in reliquis. Demotice iidem apices coniunguntur cum numeris, vt inscriptio Rosettana docet, vbi significant primum, secundum,

tertium. Cuius generis numeros non esse vulgares, vti Akerblad, Champollion, Young aliique putarunt, in superioribus dictum. Scilicet hi apices sunt compendia signi hieroglyphici = ⲛ̄, quod numeris imponitur e. g. sic: . Hinc inscriptio Rosettana vocabula *πρωτος, δευτερος, τριτος* exprimit his signis. Coptice saltem ⲛ̄ simillimae potestatis est v. g. in ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄ⲃⲣⲣⲉ homo nouus (ein Mensch ein neuer), ⲟⲩϣⲁϫⲉ ⲛ̄ϣⲗⲟϥ oratio turpis (eine Rede eine schändliche).

II. Numeralia aduerbialia oriuntur vocabulo ⲥⲟⲡ = vice (mal) numeris vulgaribus praemisso. Hinc inscriptio Rosettana Lin. 28. habet:

= ⲥⲟⲡ ⲅ̄ = = ⲥⲟⲡ ⲣⲁ ⲅ̄ = ter.

Hieroglyphice additum est ⲣ siue ⲣⲁ (numerus) secundum Coptorum vsum.

III. Singulares numeri, vel numerorum notae reperiuntur antiquis Aegyptiorum in vlnis, Parisina, Taurinensi aliisque[29]; de quibus infra accuratius. Quae vlnae omnes constant septem palmis, pariter atque 28 digitis. Digiti deinceps diuisi sunt in partes 2, 3, 4 vsque ad 16. Iam primus digitus, duas in partes aequales diuisus nostris in vlnis, fert titulum i. e. ⲙⲁ, Coptice ⲙⲏϯ medium, dimidium; vnde apparet, proprie non numerum esse, neque duo significare, vt Jomardus coniecit; sed vocabulum merum valere. Sequentes vlnae digiti cum tribus partibus, quatuor, quinque et sic porro habent inscriptiones has: ; quae significant portiones digitorum 3, 4, 10, 16, ergo numeros fractos. Eiusdem naturae sunt sigla et ibidem excisa, quae valent vlnae tertiam partem atque duas tertias. Etenim videtur pro breui manu scriptum atque sigla illa exstant iis vlnae in partibus, quibus tertia ipsius pars duaeque partes incipiunt. Porro sinistra vlnae in parte cernantur figurae , , primis digitorum spatiis deinceps incisae, quas item pro numeris 1, 2, 3 habuerunt perperam. Significat enim digitum, hinc latidudinem digiti, siue partem vlnae vicesimam octavam. Quarto digiti in spatio exstat manus cum quatuor digitis, signum palmae, quae alias sic exprimitur i. e. quatuor digiti vlnae primae siue longae. Porro manum excipit pugnus quinto in spatio, hinc manus porrecta, serius pes aquilinus et alia. Quae hieroglyphica omnia igitur non sunt numeri proprie sic dicti, sed signa variarum vlnae particularum. Nuspiam sunt numeri hieroglyphici praeter dictos 1, 10, 100, 1000 atque signum forte hieratico = 10,000 respondens, adhuc incognitum.

Etiam hieroglyphica post vocabulum duobus in monumentis posita vix ac ne vix quidem pro numeris haberi possunt[30]. Scilicet Stele Musei Britannici, quae memorat mortui aetatem, ipsum tradit natum

---

29) Jomard Description d'un Étalon métrique Par. 1822. Bibl. Aeg. no. 3903. 9454.

30) Stele Londinensis Bibl. Aeg. 9580. Young Hieroglyphics Tab. 35. cum delineatione cistae sepulcralis Graeco-Aegyptiacae.

anno 10(?) mense Choeac die Solis(?); mortuum

anno 13(?) mense Epiphi die Saturni(?).

Quum eadem inscriptio infra habeat notas chronologicas ex aetate Cleopatrae et Ptolemaei has:

anno 6. mense Epiphi die 6., atque postea

anno 10. mense Mechir die 7.,

quibus epochis sane tres anni interiecti sunt, infra diserte commemorati; vtique signa et pro numeris 10 et 13 accipi possunt, maxime cum Ptolemaeus ille solos 17 annos regnauerit. At parum sufficere videntur duo exempla ad rem tam nouam probandam; neque multum obstabimus iis, qui notas illas chronologicas referre potius ad cyclos quosdam vel rationes astrologicas maluerint.

Haud rectius signum post in cista Greyana positum pro numero accipitur, quod potius ⲥ vocabuli ⲁⲥⲟⲛϧ (vixit illa) significare videtur. Quae inscriptio, l. l. multis in partibus vitiose reddita, sic se habet:

= ⲁⲃⲟⲧ ⲣⲏ ⲁⲥⲟⲛϧ 6 ⲓⲟϩⲓ ⲣⲏ [2] ⲧⲃϩⲟⲩⲥ ⲥϩⲙⲓ ϣⲧ ϩⲣϧⲗⲥ ⲙⲥ ⲥⲣⲛⲥ = *annos solares vixit 6, menses solares [2] Typhus, filia Heraclei, nata Saranutis.* Quae hinc egregie conueniunt cum subscriptione Graeca: *Ταφη Τφουτος Ἡρακλειου Σωτηρος, μητρος Σαρανουτος. Ἐγενηθη τῳ ε L Ἀδριανου του κυριου Ἀθυρ β και ἐτελευτησεν τῳ ια L Μεχειρ ι ζσ. ἐτων ἑξ μηνων δυο ἡμερων η και ἐταφη τῳ ιβ L μηνι Ἀθυρ ιβ.* Itaque est suffixum tertiae personae femininum ad verbum ⲁ *habere*, vti ϥ = = ∫ masculinum, e. g. in papyro Lugdunensi obuium[31]): = ⲁϥ ⲁⲃⲟⲧⲉ ⲟⲛϧ 3 ⲓⲟϩⲓ ⲣⲏ 4 = *habuit annos vitae 3 menses solares 4.*

Qua occasione data videre licet, scarabaeum, Lunae symbolum, valere ϧ (ח), gruem Mercurii ⲧ (ט), nisum Veneris in sacello ⲡ proprie ⲃ, leporem cum vndis Saturno sacrum *u*, ouum cum semiglobo Martiale *s*, imaginem Neithae (♂) literas Martiales *ms* vtrasque; quemadmodum systema auctoris mythologico-astronomicum praefiniuit.

IV. Denique dicendum de numeris Aegyptiorum fractis. Fractionum potestas cognoscitur partim e papyris bilinguibus, quibus Peyron demoticos nonnullos sectos numeros invenit; partim rationibus et computationibus, quibus varii numeri integri fractique vnam in summam colligantur. En exempla papyrorum Taurinensium[32]):

31) Bibl. Aeg. no. 2755.

32) Bibl. Aeg. no. 7930. all.

$= 12 + 1\frac{1}{2} = 13\frac{1}{2}$

$= 1\frac{1}{2} + 5 + 12 = 18\frac{1}{2}$

$= 79\frac{1}{2} + 19 = 98\frac{1}{2}$

$= 220 + 123\frac{1}{3} = 343\frac{1}{3}.$

Praeter haec signa $\frac{1}{2}$ et $\frac{1}{3}$ inuenimus variis in papyris haec, constanter fere eodem modo exarata:

$22\frac{2}{3}$?
$302\frac{2}{3}$?
$55\frac{1}{2}$
$54\frac{1}{2}$
$234\frac{1}{2}$
$309\frac{1}{4}$
$260\frac{1}{4}$
$20\frac{1}{4}$
$414\frac{1}{5}$
$110\frac{1}{7}$?
$1\frac{1}{3}$
$2\frac{1}{3}$

$8\frac{1}{3}$
$13\frac{1}{3}$
$27\frac{1}{3}$
$98\frac{1}{3}$
$28\frac{1}{3}$
$8\frac{1}{2}+\frac{1}{3}$
$1\frac{1}{2}+\frac{1}{4}$
$\frac{1}{2}+\frac{1}{10}$?
$3\frac{2}{3}$
$5\frac{1}{3}$
$\frac{1}{5}$
$\frac{1}{2}$
$\frac{1}{8}$.

Quorum plura item explicantur rationibus, summas comprehendentibus, veluti his:

$220 = \frac{1}{2}\,13 + \frac{1}{2}\,6 + 80 + 120$

$\frac{1}{2}\,72 = \frac{1}{2}\,30 + 40 + \frac{1}{4} + \frac{1}{2}1 + \frac{1}{4}$

De numeris sectis demoticis iam inuenerunt $\frac{1}{2}$ Kosegarten, $\frac{1}{2}$ et $\frac{1}{3}$ Peyron, $\frac{1}{3}$, $\frac{2}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{5}$, $\frac{1}{6}$, $\frac{1}{8}$, $\frac{1}{10}$ Young[33]); quorum plura falsa videntur. Ceterum hieratici numeri fracti demoticis simillimi sunt, vti sequens comparatio docet:

33) Kos.: De prisca Aeg. literatura Vimar. 1828. p. 55. Peyron: Papiri Greco-Egizi. Torino 1828. T. III. Young: Rudiments of an Egyptian Dictionary in the ancient enchorial character cet. London. 1830. Appendix ad Tattam Coptic Grammer.

	hieratice	demotice
$\frac{1}{2}$	[hieratic sign]	[demotic signs]
$\frac{1}{3}$	[hieratic sign]	[demotic signs]
$\frac{2}{3}$	[hieratic sign]	[demotic signs] (c. [sign] = duae tertiae de tertia) (c. [sign] = duae tertiae de sexta)
$\frac{1}{4}$	[hieratic sign]	[demotic sign]?
$\frac{3}{4}$	[hieratic signs] (proprie dimidia cum quarta parte)	
$\frac{1}{5}$	[hieratic sign]	[demotic sign]?
$\frac{1}{6}$	...	[demotic sign]? ([sign] dimidia tertiae)
$\frac{1}{8}$	[hieratic sign]	[demotic sign]
$\frac{1}{10}$	...	[demotic sign]?

Haec signa numerica esse arbitraria, probabile videtur; praesertim cum Graeci numeri fracti, vt Peyron demonstrauit, sint arbitrarii. Sic [sign] = $\frac{1}{4}$ forte lineam in quatuor partes fractam significat. Signa vero [signs] haud dubie sunt compendia hieroglyphici [sign] = $\frac{1}{2}$ = ⲙⲏⲧ; neque [sign] = [sign] = $\frac{1}{3}$ absimile est literae alphabeti antiqui tertiae, qua Graeci quoque tertiam in papyris expresserunt sic *α/γ*.

Numeris fractis nonnulli adnumerant signa quaedem in delineationibus hypogeorum Taurinensibus obuia; quae potius vlnarum, palmorum et digitorum sunt notae. Singulis enim in cameris ipsarum longitudo, latitudo et altitudo indicantur inter alia sic:

[signs]	longitudo vlnarum	4,	palmorum	4	-	
[signs]	altitudo	- 1	-	5	-	
[signs]	latitudo	- 1	-	3	digitorum	2
[signs]	longitudo	- 14	-	3	-	-
[signs]	latitudo	- 5	-	-	-	-
[signs]	altitudo	- 6	-	3	-	2
[signs]	longitudo	- 10	-	-	-	-
[signs]	latitudo	- 3	-	3	-	-
[signs]	atque altitudo	- 4	-	-	-	-

Cuius generis signa vere vlnas earumque partes significare, docent partim res ipsa, partim delineationes eorundem hypogeorum a doctis Francogallibus factae, partim denique cellarum longitudines comprehensae vnam in summam. Sic hypogeum Ramsis Taurinense conuenit cum delineatione in opere Description de l' Egypte edita; vnde patet, singulas cel-

las fere omnes plane quadrare antiquitus definitis[34]. Porro, cum vlna Aegyptiaca constiterit 7 palmis, siue 28 digitis; e summis variarum longitudinum colligitur, quid significauerint notae illae dictae. Sic auctor hypogei antiqui ipsius ab introitu vsque ad finem cellae regiae numerat vlnas 136, palmos 2; inde vero vsque ad finem hypogei vlnas 24, palmos 3; quo facto vtrosque numeros comprehendit in summam vlnarum 160 cum 5 palmis nimirum sic:

= 136 vlnae 2 palmi
= 24 - 3 -
160 - 5 - Summa longitudinum.

Ibidem aliis in locis reperiuntur hae summae:

vlnae 7 palmi 1 + vlnae 1 palmi 6 = vlnis 9.

palmi 6 + vlnae 6, palmi 3, digiti 2 = vlnis 7, palmis 2, digitis 2.

Eodem facit, quod passim cellarum vlnae cubicae indicantur, e. g. in cella 6 vlnas longa et lata et alta, cuius cavitas indicatur sic:

= Summa vlnarum cubicarum 216.

Signum scilicet valet vlnas cubicas.

Iamiam definitis Aegyptiorum numeris signisque numericis, propius ad rem nostram accedimus, quippe comparationem numerorum cum literis Aegyptiacis. Tenendum, Aegyptios habuisse numeros, alios arte factos, vti hieraticos demoticosque dierum, fractos et sic porro; alios vero vulgares ac solemnes, literis simillimos, ex hieroglyphicis oriundos. Proprios enim ad numeros non pertinent notae mensurarum, numeri fracti, ordinales, atque diebus mensium adiuncti. Etiam de numeris vulgaribus non comparari poterunt cum literis, nisi simplices atque singularibus signis expressi. Itaque habemus numeros tantummodo sequentes 21 hieroglyphicos, hieraticos demoticosque proprios:

1
2 —
3 —
4 —
5 —
6 —
7 —
8 —
9 —
10
20 —

34) Desc. de l' Eg. Aut. Vol. II. Pl. 79. no. 7. Sic e. g. cella regia reperta fuit longa 8,56$^{m.}$, lata 7,30$^{m.}$ (lege 8,30$^{m.}$), alta 5,07$^{m.}$; quae secundum papyrum Taurinensem fuit lata 16 vlnas, longa 16 vlnas, alta 10 vlnas.

30	—			80	—		
40	—			90	—		
50	—			100	𓍢		
60	—			1000	𓆼		
70	—			10000	—		—

Qui numeri, quum palaeographice comparari debeant cum literis, iam non sufficiunt per se. Quaeritur quoque, quam variis modis singuli numeri fuerint exarati in monumentis; quare opus est ante omnia, varia perlustrare manuscripta formasque numerorum variantes colligere.

§. 8. *De variantibus numerorum hieroglyphicorum, hieraticorum et demoticorum.*

1. Hieroglyphicos quidem numeros quod attinet, nulla fere est inscriptio, quin 𓏺, 𓎆, 𓍢 et 𓆼 eodem fere modo exprimat. Nimirum signa haec, quum essent rerum imagines, Aegypti in regionibus vitaque communi venientium, non potuerunt modis vere diuersis exprimi in monumentis. Differunt tantum elegantia quadam atque claritate, qua alias in monumentis lapideis, alias in papyris exararentur. Quas variantes paucissimas videsis in Tab. I. columna 1.

Paullo magis inter se differunt numeri hieratici, quorum gratia varios papyros ab antiquissimis inde temporibus deinceps scriptos pertractare officium est. Habemus enim numerorum signa ex aetate Mosis, qui sub initium Dynastiae XVIII cum Israelitis Aegyptum egressus est [35]; porro ex aetate regum sequentium Thuthmosis, Ramsis, Hori; deinde ex aetate Ramsis IV. Dynastiae XIX aliorumque, item regum Lagidarum atque imperatorum Romanorum; de quibus singulis accuratius videndum.

2. Antiquissima scriptura hieratica lapidea cernitur in stele Londinensi calcaria, elegantissime exarata, annum 31. Amenophis Dyn. XVIII. prae se ferens; quae continet numeros 1, 4, 6, 10, 20, 30, 100 partim vulgares, partim dierum notis adiunctos. Quae signa quam accuratissime reddita sunt Tab. II. col. 2.

3. Varii papyri Taurinenses eiusdem regis aetate scripti continent numeros nostros 21 omnes paullo variantes, quos Tab. II. col. 3. posuimus. Ibidem sunt numeri 1 et 5 de papyro Thuthmosis Taurinensi antiquissimo descripti.

4. Ex aetate Ramsis et Hori Dyn. XVIII. sunt papyri Taurinenses, quibus numeros 1 — 7, 10 — 50, 70 — 90 excerpsimus Tab. II. col. 4.

5. Ad Dynastiam XIX, quippe annum 12, 19, aliosque regis Ramsis IV. pertinent numeri Tab. II. col. 5.; Taurini descripti [36].

---

35) Quod accidisse anno 1867 a. Chr., demonstrauimus in libro: Unser Alphabet ein Abbild des Thierkreises cet. p. 33. col. System. Astron. Aeg. p. 342.

36) Vid. Bibl. Aeg. no. 7898. 6936. all.

6. Eodem spectant numeri Tab. II. col. 6. de papyris Taurinensibus Ramsis V., Amenophis II., Ramsis VIII et X[37]).

7. Papyri quidam Berolinenses et Taurinenses sine anno, qui paullo post Dynastiam XIX. scripti videntur[38]), continent numeros Tab. II. col. 7. positos.

8. Fragmenta Manethonis Taurinensia, quae Lagidarum aeram spectant, exhibuerunt numeros Tab. II. col. 8. editos.

9. Serioris aetatis sunt papyri, vnde numeros Tab. II. col. 9. depromsimus, praesertim Vienensis[39]), qui palaeopraphicas ob rationes imperatorum Romanorum ad aeram referri debet.

Quemadmodum itaque hieratici numeri haud multum inter se differunt variis in scriptis, ita quoque demotici; quorum iam variantes colligere opus est.

10. Demoticae inscriptiones antiquissimae sunt ex aetate Psametichi et Darii; Taurini, Parisiis et Romae asseruatae[40]). De quibus numeros Tab. II. col. 10. descripsimus, calamo pictos.

11. Ad aetatem primorum Lagidarum, praecipue Euergetae et Epiphanis pertinent numeri Tab. II. col. 11., partim in stelis demoticis, partim variis in papyris conseruati.

12. Frequentissimi sunt papyri atque stelae ex aetate Philometoris, in Museis Berolinensi, Taurinensi, Parisino, Londinensi aliisque exstantes, vnde numeri Tab. II. 12.

13. Ad Ptolemaeum Physconem pertinent numeri Tab. II. 13., qui omnium sunt frequentissimi.

14. Denique habemus stelas atque papyros nonnullos ex aetate Alexandri atque Cleopatrae, quibus numeri Tab. II. 14. debentur.

Hac sunt variae numerorum formae, demoticorum, hieraticorum et hieroglyphicorum; quae quamuis spatio fere 2000 annorum vsitatae fuerint, non multum inter se differunt. Videre licet e. g. numeros ∧ ⁄ ʅ haud aliter exaratos fuisse aetate Mosis atque Augusto regnante. Quod non mirandum, cum Aegyptus antiquos vsus suos religiosissime conseruauerit. Iam vero quaeritur, qua via Aegyptii veteres numeros suos acceperint.

§. 9. *De origine numerorum Aegyptiorum.*

Quaestio est, quid sint signa Aegyptiorum numerica. An ipsi numeros sibi singulares excogitarunt? an aliunde acceperunt haec signa a populis doctioribus, aut a maioribus suis?

---

37) Bibl. Aeg. no. 7853. all.

38) Bibl. Aeg. 11, 212. all.

39) Bibl. Aeg. 11, 320.

40) Bibl. Aeg. no. 6368 — 6380. 6361 — 6367. 3346 — 3358.

Primo quidem alicui in mentem veniet, numeros Aegyptios esse signa arbitraria, instar nostrorum. Vtique talia reperiuntur apud Sinenses, Mexicanos, aliosque [41]). Argumento afferri possit, quod hieroglyphice repetuntur | ∩ 𓍢 𓆼 ad significandos numeros numeris 1 et 10, 10 et 100, 100 et 1000 interiectos et sic porro. Quo parum probaretur. Etenim hieratice et demotice singularia signa adhibentur pro numeris hieroglyphicis, simplices continentibus. Atque haec signa ita comparata sunt, vt nemo ipsa dixerit arbitraria, vel simplicibus constantia veluti: |, Ч, Щ, ШЧ, Ц, Щ, Ш̄, Ш̿ reliqua. Imo quum multi numeri Aegyptiorum vere sint arbitrarii, non vero signa | ∩ 𓍢 𓆼 atque hieratica demoticaque vulgaria ab | vsque ad ˆ| (10000); inde sequitur potius, numeros Aegyptiorum vulgares, dictos illos 21 primos, neutiquam arbitrarii originis esse. Quid? quod eadem signa numerica, hieroglyphica pariter atque hieratica et demotica mediis in literis literas significant.

Non maioris momenti est sententia, ex qua numeri Aegyptii pro vocabulis numericis in compendia redactis habentur. Sane Latini vsurpant M pro mille, D pro demimille; vt aiunt. At Aegyptiorum vocabula numerica nihil habent commune cum pronunciatione numerorum Aegyptiorum, vti sequens tabula doceat:

Numeri.		Pronunciatio.	Vocabula numerica.
|	|=1	a. e.	ⲟⲩⲁⲓ. ϩⲟⲩⲓⲧ. ⲡϣⲟⲣⲡ. ⲟⲩⲱⲧ. ⲟⲩⲁⲧ. עַשְׁתֵּי. אֶחָד.
∩	∧=10	h.	ⲙⲏⲧ. ⲡⲙⲉϩⲙⲏⲧ. ⲙⲛ̄ⲧ. עָשׂוֹר. עֶשֶׂר.
𓍢	⟋=100	u. w.	ϣⲉ. ⲡⲙⲉϩϣⲉ. ϣⲟⲩ. ϣⲛ̄ⲧ. מֵאָה.
𓆼	ʓ=1000	k. h.	ϣⲟ. ϣⲁ. אֶלֶף.

Itaque magnopere probabile est, numeros Aegyptios ex literis alphabeti prodiisse. Omnes fere populi veteres alphabeti literas adhibuerunt ad numeros significandos. Hinc numeri Aegyptii aut ab Aegyptio deriuari debent, aut, quod parum verosimile, ab alieno alphabeto. Constat, quantopere Aegyptii, suis artibus inuentisque freti, alienigenas ab antiquissimis inde temporibus abhorruerint; quare nullo vnquam pacto, literas quum suas haberent, numeros aliunde arcessiuissent. Imo lubentius numeros, si carerent, proprio Marte excogitassent, literis suis accommodatos. Sin numeri Aegyptii ad alphabetum Aegyptiacum pertinent; duplex huius rei datur explicatio. Fieri enim potuit, vt primi in Aegypto coloni, Chaldaea relicta, primaeuum secum portarent alphabetum, cuius literis numerare solerent vel post hieroglyphi-

---

41) Vid. A. v. Humboldt: Ueber die bei verschiedenen Völkern üblichen Systeme von Zahlzeichen cet. in Crelle Journal f. Mathemat. 1829. Vol. 4. fasc. 3. p. 205.

eam hieraticamque scripturam inuentam. Cuius opinionis in gratiam loquitur traditio, alphabetum Aegyptiacum, vti vidimus, esse inuentum a Thoth siue Taaut, decimo Protogeni progenito, qua aetate diluuium acciderit. Altera vero sententia est, ex qua numeri Aegyptii prodierint ex alphabeto posteriori hieroglyphico, quippe oriundo ex alphabeto primaeuo. Quae coniecturae, quum vtraque ferri possit, iudicentur iam palaeographia.

Sane numeri Aegyptii dicti, si comparantur cum literis antiquissimis, quas habemus, Asiaticis vel Chaldaeis, simillimi sunt maxima ex parte literis, quas spectent, Phoeniciis earumque affinibus; de quo vide Tab. III. adiunctam. Sic ב antiquum literis [symbol] [symbol] [symbol], quae item *fw* valent, simillimum apparet; quod noli fortuitum dicere. Idem cadit in antiquum ⊓ et ∩ Aegyptiorum h, nec non in numeros [symbol] = ה, [symbol] = ו, [symbol] = ל, [symbol] = מ aliosque.

Qua de re concludendum foret, numeros Aegyptios esse meras alphabeti primaeui literas. Obstant vero numeri alii permulti, quos nulla fere cum literis Phoeniciis intercedit similitudo, e. g. [symbol] = ו, [symbol] = ט, [symbol] = ב. Accedit huc, quod numerorum Aegyptiorum cum literis Phoeniciis congruentia aliter quoque explicari potest. Inter omnes enim constat, literas Chaldaeas secundum ipsarum nomina esse imagines rerum, e natura vitaque communi petitarum, quod ipsae literarum figurae antiquissimae probant vna cum literarum nominibus. Literae vero nostrae Asianorum antiquae adeo a genuinis ipsarum formis recesserunt, vt ipsae pro compendiis genuinarum haberi debeant. Fac itaque Aegyptios colonos genuinum quidem alphabetum secum habuisse, serius vero suas ad rationes mutasse; quid mirum, seruatam esse multorum numerorum similitudinem cum literis Phoeniciis aliisque. Quas quidem ob causas, nemo dicet numeros Aegyptios e literis primaeuis proxime ortos.

Iam numeri Aegyptii, quum neque arbitrarii sint, neque compendia vocabulorum, neque literae Asianorum primaeuae, quo referri debeant non video, si non ad literas Aegyptiorum ipsas antiquissimas. Numeri Aegyptii pro literis Aegyptiis haberi debent vel eam ob causam, quia mediis in vocabulis aeque ac reliquae literae vocales et consonantes exprimunt. Quod iam accuratius probandum, quo facto facilius erit iudicare de alphabeto Aegyptiorum genuino, numeris ipsorum conseruato. Age videamus, quas vocales consonasue numeri Aegyptii expresserint [42].

---

42) Ad eruendos literarum hieroglyphicarum, hieraticarum et demoticarum sonos maxime faciunt nomina propria; tum vocabula inscriptionis Rosettanae, Graeca translatione auctae, aliarumque bilinguium; tum alia quoque auxilia vtilissima. Scilicet habemus librorum Hermeticorum permulta exempla, omnibus Museis Aeg. communia, quae, quamquam eadem vocabula deinceps continent, singulis literis inter se discrepant. Quod mirari non licet, cum Aegyptiis, pro literarum suarum abundantia, eundem alphabeti sonum nunc hoc signo exprimere, nunc aliis exprimere licuerit. Quemadmodum vero ex nomine Ptolemaei varie scripto colligitur e. g. [symbol] *l* aequale esse [symbol], quoniam hae literae inter se permutantur; ita quoque vocabula eadem diuerse scripta saepenumero literarum ignotarum sonos explicant per notas literas. De quo quidem auxilio exegeseos nouo ac-

1 = | ||, forte virga mensuralis, decempeda, vel vlna, sonat = | = a, e, permultis in vocabulis; e. g. in

ⲥⲁϩⲏⲧ, ⲥⲁϧⲏⲧ Sahitis, Aegyptus inferior. Ins. Ros. Lin. 14. 23. 32.

ϩⲓ addere = ⲕⲉ atque. Ibidem passim.

= Papyrus Berolinensis no. 16 et 23.

10 = ⊓ ∩ ∩ ∧, haud dubie circumuallatio, hortus, aula, a quibus hieroglyphicum ∩, hieraticum non differre videntur, sonat *h* et *ch* = et e. g. in

⊙∩ = ⊙ ϩⲣⲁ dies, passim obuio.

= Pap. Berolin. Passal. 4150.

= = ϩⲓ, ⲕⲉ, ⲕⲁⲓ atque. Pap. Ber. 16. 23. Ceterum ∩ literam ☽ fuisse, ideoque ⊓ valuisse, sequitur e papyro Taurinensi, vbi ∩ ipsam Lunam significat. Vid. Systema Astron. Aeg. Tab. III. in F. 5. E. 23.

100 = 9 haud dubie folium palmae plicatum, vel flosculum palmare, innumeris in vocabulis sonat *f* et *w* ac ϥ, passim obuium loco = f et = f; e. g. in

= ⲁⲟⲩⲱ = et. Passim.

= ⲁϥⲟⲛϧ vixit. Passim.

ⲟⲩⲉ atque. Insc. Roset. aliasque passim.

ⲁϥⲣⲗⲥ Ἀυρήλιος Aurelius. Rosellini Mon. Vol. II. no. XXVIII. Vbi *v* non *u*, sed ratione hodierna *f* vel *w* pronunciari debet, vt aliis in nominibus similibus. Hinc falli se passus est Champollion, qui 9 constanter pro vocali u et o et Y habuit.

= Vespasianus. Salt II. 16. Prokesch Tab. h. Item in nominibus Neruae, Veri, Seueri aliisque.

1000 = folium loti, exprimit frequentissime ⲕ siue ϧ, quae eadem est litera, in Kambyses, Xerxes, Artaxerxes; quare cum ● = ⲕ aliisque permutatur e. g. in

= ⲕⲥⲓⲁⲣⲥⲁ Xerxes. Vas Par. Rosell. Mon. II. XII.

ⲥϧⲁⲓ scriptura. Insc. Ros. Lin. XIV.

---

curatius disputauimus in primo huius operis volumine: Bemerkungen üb. d. Aeg. Papyrus zu Berlin Lipsiae 1825 p. 9.

Iam de numeris hieroglyphicis satis superque demonstratum videtur, ipsos valere literas reliquorum hieroglyphicorum ad instar. Videamus nunc de numeris hieraticis. Quum libri Hermetici iidem alias hieroglyphice, alias hieratice exarati exstent, facile erit demonstrare, qua ratione hieroglyphicae figurae hieratice scriptae fuerint versaque vice.

2 = [hieratic signs] videtur sane meris duabus lineis constare, quemadmodum [sign] et [sign] tribus quatuorque. Comparari quidem possit [sign] cum hieratica litera ex [sign], quod b valet, orivnda; vero tamen similius multis videbitur, [sign] esse numerum |+|. Qua de causa abstineamus ab hoc signo pro litera venditando.

3 = [hieratic signs], quamuis pro habitu suo certissime literae imaginem prae se ferat, nondum inter literas equidem reperi. Sane [sign], cum numero 3 respondeat, valuisse g coniicere licet. Saltem collum camelinum [sign], quod hieroglyphicum bis tantum vidimus in monumentis scriptum, respondet figurae [sign]. Habemus enim alia collo camelino similia, pari modo in breue contracta, e. g. caudam arietinam [sign] = [sign] = [sign]. Quum r Copticum item rarissime adhibeatur, forte eandem ob causam, nescio quam, Aegyptii etiam veteres, camelum pro litera vsurpare cauerunt. Sufficiat nonnuisse, [sign] non esse signum numericum pro arbitrio fictum, sed literae simillimum, quippe collo camelino.

4 = [hieratic signs] = [hieratic signs] haud dubie portam vel valuam significant, alias erectam, alias iacentem frequentiorem, quippe

[sign] = [sign] = [sign] = [sign] e. g. [signs] = [signs] Pap. Berol. 16 a. 17 a.

Licet me fugerit hieratica litera pro [sign]; coniicere tamen licet, quum [sign] sit aequale [sign], [sign] scriptum fuisse [sign], quod sane numero [sign] quadrat. Praeterea similia habemus hieroglyphica similiter in breue contracta, e. g. [sign] = [sign] = [sign] et [sign] = [sign]. Vid. Insc. Ros. Lin. 22. 28. Ceterum valua vti Hebraice ita Aegyptiace quoque significat *d* et *t* e. g. in

[sign] = [sign] = [sign] = cⲁ Pap. Berol. 16. 17. 22. 23. 25.

Quod numeros [hieratic signs] attinet, post notas dierum obuias, valde probabile, hos respondere valuae inuersae [sign].

5 = [hieratic signs] simillima sunt hieroglyphicis [sign] = [sign] = ⲗ et [sign] = [sign] = [sign] e. g. in [signs] = [signs] Insc. Ros. pass. [signs] = [signs] Pap. Ber. pass. Quae literae reuera *h* atque *a* significant permultis in vocabulis, v. g. Hadriani, Hacoris, Tharaci,

Philippi, ΑΒΟΤ vel ЄΒΟΤ mensis, = Epiphanis, = Ἡρακλειου. Mum. Berol.

6 = videtur compendium sceptri, cum capite cucuphae, duobus lemniscis distincto; quod frequentissime in manibus Ammonis cernitur, scilicet = , collato = . Lineolae quidem in forte respondent lemniscis, vero scapo sceptri. Saltem significat v, e. g. in particula frequentissima = ΟΥЄ = atque. Ceterum noli comparare cum , quod est tritum aquilae compendium = = = .

7 = est imago cultri vel gladii Aegyptiaci, qui, nunc rectus, nunc curuus, reperitur saepius in manu victimariorum et bellatorum praecipue hippopotami Typhonici (♄ [43]). Scilicet hieratice scribuntur e. g. in = = ϪΜ. Stel. 4153. 4206. 9559. atque in vocabulo = Papp. Berol. Quae literae vtique Ϫ = significant e. g. in = i. e. = ϹΘΙϪ Pap. Ber. 16 b. 23 b.

8 = est compendium vulgare falcis , vti exempla docent: = = ϻΗΙ iustus Pap. Ber. 16 b. 23 b. atque = = Passim. Vocabulum ϻΗΙ, nostrum *selig*, reperitur fere constanter post nomina defunctorum in stelis; ex quo satis claret, = = valuisse Η.

9 = respondet pedibus hieroglyphicis, vti in = ϻΑΙ dilectus, quod passim occurrit; item in = = Pap. Berol. 16 b. 23 b. Quos pedes significasse i, probatur vocabulis: = ΙΟϨΙ, ΚΑϨΙ, *γαια*, terra, ager Insc. Ros. Lin. 16. atque = Pap. Ber. 16 b. 23 b. Ceterum vel ex eo, quod haec litera saepissime omittitur, patet fuisse vocalem. Conf. = Pap. Ber. 16 a. 17 a. = Ib. 16. 17.

20 = ortum videtur e serpente pedato . Demoticum , licet pro ipso serpente notissimo haberi possit, est potius hieraticum in breue contractum. Serpentem dictum inter literas nondum reperi, imo inter symbola Mercurii in monumentis astronomicis; qua de causa literam Mercurii ט significasse, probabile est [44]).

---

43) Vid. Systema Astron. Aeg. Tab. VI. Lin. E. no. 7. et al.

44) Systema Astron. Aeg. Tab. IV. Lin. H.

Hieraticum vero signum [hieroglyph] vere [hieroglyph] valuisse, docet vocabulum astronomicum [hieroglyphs] i. e. [hieroglyphs] = ⲛ̄ϩⲱⲧⲡ *in coniunctione astronomica;* quod in Zodiaco Taurinensi inscriptum est tabulae, qua planetae coniuncti depinguntur[45]). Porro [hieroglyph] sonat ⲧ in vocabulo frequentissimo [hieroglyphs] i. e. [hieroglyphs] ϩⲓⲧ = et adde = atque.

30 = [hieroglyphs] brachio [hieroglyphs] respondere videtur. Sic [hieroglyphs] hieratice scribitur [hieroglyphs] in Pap. Ber. 16 b. 23 b. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Pap. Ber. Pass. 1425. Koll. C. Y. 37. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Papp. Berolin. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Ibid. Collato [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Inscript. Rosett.

Quod brachium, quum *i* sonaret, permutatum fuit cum literis similiter sonantibus, alias omissum; e. g. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Pap. Berol. 16. 17. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Ib. 16. 17. 23.

40 = [hieroglyphs] haud dubie est compendium brachii [hieroglyphs] e. g. in [hieroglyphs] = [hieroglyphs], [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Papp. Ber.; quod ⲕ sonuisse, docent vocabula [hieroglyphs] ⲥⲧⲛ ⲕⲱⲓ regius cubitus, [hieroglyphs] = [hieroglyphs] ⲕⲁⲓⲉ (ⲕⲟⲓ) ⲕⲱⲓ arurae cubitus, in vlnis antiquis atque Insc. Ros. obuia. Hinc loco [hieroglyph] exstant in vocabulis parallelis literae idem ⲕ significantes e. g. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] = [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Papp. Ber. 16. 17. 23. Pap. Cad. Ceterum huius brachii numen tutelare est Isis (♀) [hieroglyphs] secundum mumias Londinenses et papyros, membrorum humanorum catalogos exhibentes[46]); quo pronuntiatio [hieroglyph] per ⲕ confirmatur.

50 = [hieroglyphs] haud dubie significat flagellum [hieroglyph], quo dii plerique, nunc stantes, nunc assidentes, maxime Osiris insignitur. Compendia enim hieratica [hieroglyphs] sunt [hieroglyph] simillima, velvti in [hieroglyphs] ⲱⲣ ⲙⲥ ⲣⲏ Horus filius Solis Pap. Taur. B. A. 7914. Item in [hieroglyphs] = [hieroglyphs]. Pap. Ber. 16 b. 23 b. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] = [hieroglyphs]. Passim. Flagellum vero in monumentis astronomicis est symbolum Solis, cui literae, nunc *l*, nunc *r* significantes, conueniunt[47]). Quemadmodum [hieroglyph] in vocabulo citato, ita etiam [hieroglyph] in [hieroglyphs] = [hieroglyphs] ϩⲱⲣ ⲛⲟⲩϯ Ber. Pap. 23 l. 17 d. respondet signo [hieroglyph] nunc *r* nunc *l* significanti.

60 = [hieroglyphs] aperte est hieratica litera pro [hieroglyph] = [hieroglyph], quae sic scribitur [hieroglyph]; etiam

45) Vid. ibidem Tab. III. C. 15.

46) Vid. Bibl. Aeg. no. 9579. al.

47) Syst. Astr. Aeg. Tab. VI. Lin. Y. a.

v. g. in = Pap. Ber. 16 b. 23 b. collato = = ib. et Pap. Cad. Nimirum , quo Sinenses quoque aquam exprimunt, aquam vel vndas significare, in oculos incurrit. Literas has *m* valere, docent vocabula, = ϡ et = pro continentia; e. g. = Pap. Ber. 13 e. 17 d. = Ib. 16 b. 22 a.

70 = respondet absque dubio pisci hieratico e. g. in = Papp. Berol.; in = Ib. 16 b. 23 b.

80 = videtur significare sedile , vel triclinium , quae hieratice et forte scribuntur. Compendium enim triclinii, quod nondum inuenimus, quatuor lineolis verticalibus constare debuit, quum totidem in reperiantur. Sedile vero scribitur passim e. g. in = ocp Osiris, = ıcc Isis. Certe et valuerunt *s* in Isis et Osiris, qui alias scribitur. Hinc permutatur cum literis = , = sonantibus *s*; e. g. in = , = Papp. Ber. 16; 22. 17; 23.

90 = respondet haud dubie oculo, varie scripto = = = = = ; quorum compendia hieratica sunt = = , demoticum ; e. g. in = = Stele Vien. 52. 63. = Pap. Ber. 16 b. 22 a. Quem oculum Aegyptii pro *o* adhibuerunt, vt in Osiridis nomine supra memorato, item in Antoninus, Antinous aliisque permultis. Quam ob causam alias omittitur quippe vocalis; alias aliis literis vocalibus exprimitur; v. g. in = Pap. Ber. 16. 17. 22. = = = Pap. Cad. = Mum. Lond. 9578.

10000 = videtur digitum = significare, qui hieratice et scribitur; v. g. in = Pap. Ber. 16 a. 17 a. Digitus Mercurio ☿ adscribitur in catalogo membrorum Londinensi dicto; qua de re literam Mercurii exprimere debuit. Quod confirmatur literis pro passim scriptis e. g. in = = Pap. Ber. 16 a. 17. a. Pap. Cad. De numeris hieroglyphicis eorumque compendiis hieraticis et demoticis supra dictum.

Iam satis demonstratum putamus, signa Aegyptiorum numerica non esse arbitraria; sed literas vel literis oriunda. Permulti enim numeri plane eodem modo exarantur atque li-

terae mediis in vocabulis obuiae, vti |∩9 ⵜ, |ʌ ⁄ ʒ, |ʌ⁄ ь, ⵊ ⵊ, ʅ, ш, ꭗ, ≚; alii simillime, vti ı˥, ɿ, ᘔ, ꓶ, ʎ, reliqui. Quod vero sonos numerorum Aegyptiorum attinet; videre licet, numeros alios vocales, alios consonas expressisse, nimirum certo ac definito quodam ordine. Numeri enim Aegyptii literas deinceps exprimunt has:

1	|	|	|	a	ⲁ	א	20	—	ꭗ	ʃ	t	ⲑ	ט
2	—	ч	ч	b?	ⲃ	ב	30	—	ʎ	ʎ	i	ⲓ	י
3	—	ϸ	ϸ	c	ⲅ	ג	40	—	ⵊ	ⵊ	k	ⲕ	כ
4	—	∩	ϸ	d	ⲇ	ד	50	—	ʅ	ʒ	l	ⲗ	ל
	˥	˥	˥	—	—	—	60	—	ш	≚	m	ⲙ	מ
5	—	ı˥	˥	eh	ⲉϩ	ה	70	—	ꭗ	ꭗ	n	ⲛ	נ
6	—	≷	≷	v	ⲟⲩ	ו	80	—	Ш	≚	s	ⲥ	ס
7	—	ɿ	ɿ	ds	ϫ	ז	90	—	≚	—	o	ⲟ	ע
8	—	=	ɔ	ê	ⲏ	—	100	9	⁄	⁄	fw	ϥ	פ
9	—	ꓶ	ꓶ	é	ⲉⲓ	—	1000	ⵜ	ʒ	ь	kh	ϧ	ח
10	∩	∩	ʌ	h	ϩ	ח	10000	ſ?	ʅ	—	th	ⲑ	ט

§. 10. *Conclusio.*

Quum numeri Aegyptii sint literae literarumque formae, quae, si a paucissimis discesseris, eodem plane ordine atque literae Hebraicae, Semiticaeque omnino sese excipiant; inde concludimus, Aegyptios antiquitus idem alphabetum habuisse, atque Chaldaeos, Phoenicios, Hebraeos, Arabes, Persas, Syros, Graecos, Latinos aliosque. Videamus nunc, quid sententiae nostrae obstare videatur.

1. *Numeri Aegyptii discrepant paululum a literis, quas cum numeris comparauimus.* Quod concedendum. At scisne, numeros quoque Indicos, Pehluicos, Arabicos aliosque discrepare a literis, ipsarum protypis? Fac Aegyptios de consilio numerorum formas paullo mutasse, quo facilius numeros a literis discernerent; vel, numerorum formas antiquas seruando, literas subinde elegantius commodiusque exarasse: num mirari licet, numeros Aegyptios cum literis suis non partibus omnibus accuratissime conuenire? Tamen permulti numeri, quod confiteberis, congruunt literis comparatis, vti ꭗ et ꭗ, ≚ et ш, 9 et 9. Qua in re probanda nos viam facillimam ingressi sumus. Scilicet quum numeri Aegyptii pro arbitrariis haberi non possent, imo, aliorum populorum pro vsu, ad literas referri deberent; perlustrauimus literas hieroglyphicas hieraticasque omnes videndo, quae literae numeris nostris maxime conuenirent habitu suo. Iam harum literarum soni definiri debebant nominibus propriis,

inscriptionibus bilinguibus atque exemplis vocabulorum variantibus; quo facto inuenimus, numeros significare sonos deinceps eos, quos eodem ordine alphabeta antiqua continent. Iam cum literae alphabeti nostri innumeris fere modis inter se disponi queant; concludimus, numeros Aegyptios literasque ipsorum, quia pari ordine atque literae numerique Semitici sese excipiunt, prouenisse ex alphabeto Semitarum antiquissimo. Qua de causa, etiamsi paucissimi essent numeri literis Aegyptiis similes, qui pari ordine atque literae sequerentur, concludendum foret, Aegyptiorum Chaldaeorumque alphabetum antiquitus vnum idemque fuisse. Itaque, pace nostra, mittas numeros parum literis similes; videbis reliquos iisdem inter se distare intervallis, quibus literae ipsis respondentes inter se distant antiquis in alphabetis; quod nemo forte fortuna accidisse putabit. Sic signa hieroglyphica | 𓎆 𓍢 𓆼 sunt non solum numeri, sed literae quoque, omnibus in monumentis adhibitae; quod nemo infitiabitur. Idem cadit in signa hieratica et demotica permulta. Iam hae literae numericae ordine literarum א ב ג ד ה ו ז sequuntur, saltem distant inter se vti א ח פ et sic porro, genuinis 25 literarum in alphabetis. Quas quidem ob caussas negari nequit, alphabetum Aegyptium, quamuis literas nonnullas in numeros paullo aliter scribendos mutauerit, cognatum esse Chaldaico genuino.

2. *Aegyptium alphabetum*, inquies, *si cognatum esset Chaldaico Semiticisque omnino, constaret literis, quas habemus, antiquissimis, quippe Phoeniciis.* Audio. Vtique numeri Aegyptii multum differunt a literis Phoeniciis in vniuersum. Neque mirari hoc licet. Nullum est saeculum, nulla terra, nulla gens, quin literas suas scribendo sensim sensimque mutet. Atque constat antiquissimas inscriptiones Semiticas 1000 annis iuniores esse Aegyptiacis antiquissimis. Mutantur vero literae nunc elegantiae studio, quo aliae rectiores aut rotundiores, longiores breuioresue, crassiores et aliter exarantur; nunc commodi gratia. Hinc literae inuertuntur, decurtantur atque rebus, quibus inscribitur quibusue scribitur, accommodantur. Huc accedit, quod literae Phoeniciae pariter atque hieraticae sint imitationes imaginum rerum. Phoeniciae enim literae, quum certa nomina gerant rerum, earumque imagines prae se ferant maxima parte obscuras, non possunt pro genuinis haberi; imo compendia tantummodo imaginum videntur. Quod pariter cadit in literas hieraticas. Ergo literae Phoeniciae pariter atque numeri hieratici haberi debent pro variis eorundum protyporum compendiis. Quam varie vero antiqua delineamenta breui manu reddi possint, non opus est multis demonstrare. Itaque nemo mirabitur, literas Phoenicias a numeris Aegyptiacis, quamuis eiusdem originis sint, multum differre. Vtut sit, numerorum Aegyptiorum cum literis Phoeniciis affinitas etiamnum demonstrari potest. Quae tanta est, vt vel eo euincatur, scripturam Aegyptiam Phoeniciamque communi ex fonte prodiisse. Non minor enim est affinitate ea, quae inter Graecorum antiquas literas atque Phoenicias intercedit; quas inde dudum probarunt cognatas esse. Neque dubito, quin alii iamiam numeros Aegyptios a Phoeniciis literis deriuassent, si cogitassent de eo, quod alphabeto Phoenicio duae literae inter ז et ח serius exciderunt, suadente alphabeto, vti dictum, Arabico, Indico aliisque. Comparari enim debent

Λ cum ח, 𐤈 cum ט, 𐤉 cum י, Ш cum מ et sic porro. Quam similes numeri Aegyptii Phoenicibus fuerint doceat Tab. III adiuncta, ex qua non sine admiratione perspicietur, quam similes sint etiamnum e. g. 𐤊 𐤊 et ל, Ш Ш et ש, ∩ ∏ Λ et ח, Ο et Ο, פ ף et ף. Alias literas Phoeniciis absimiliores esse, id quidem parum probat, alphabetum Aegyptium a Chaldaico originem non habere.

3. *Cui etiam obstat*, inquies, *quod hieroglyphica, a quibus numeri Aegyptii derivantur, parum respondent hieroglyphicis, literarum Chaldaicarum protypis.* Sane literae Phoeniciae ac reliquae Semiticae rerum nomina gerunt, quarum imagines sint, quemadmodum Aegyptiorum hieroglyphica; atque hinc e. g. י = 𐤉 manus, כ = 𐤊 vola comparari non debeant cum brachiis hieroglyphicis. At vero confitendum, multarum literarum Phoeniciarum nomina et figuras perperam intellecta fuisse, quoniam alphabeti genuini principium ac lex summa adhuc latebant. Qui hactenus nomina atque imagines literarum genuinas inuestigarunt, omnes respexerunt ad res ex vita vulgari petitas. Respicere autem debuissent potius ad res vita vsuque venientes sacras. Sacris enim ac diuinis imaginibus initio alphabetum fuit instructum, quippe rebus, vt alias demonstratum, ideas religiosas continentibus. Quod item valet de literis Aegyptiorum genuinis, quippe hieroglyphicis. Hinc enim scripturae *ἱερο—γλυφικης* nomen ortum est. Hinc dicebatur Thoth siue Taaut inuenisse *τους ἱερους των ϛοιχειων χαρακτηρας*. Hinc traditio, literas desumtas esse coelo, scilicet zodiaci signis, deorum domiciliis, segmentis, inquam, viginti quatuor zodiaci, quos Sanchuniathon ibidem *ὀψεις* (פָּנִים) *θεων* appellat. Hinc hieroglyphica signa sunt imagines deorum atque rerum diis consecratarum. Itaque cernitur, quam legem omnino auctor alphabeti secutus fuerit literis, vt Sanchuniathon ait, effingendis. Scilicet diuiserunt totam rerum naturam exemplo planetarum septem, vt veteres tradunt, septem in classes, quarum cuiuis planetam praeponerent, tamquam ducem ducatus sui. Iam eosdem inter planetas diuiserunt quoque Zodiaci segmenta duodecim pariter, atque viginti quatuor illa, ad quae Taaut referret alphabetum. Literas alphabeti vero, inter planetas item diuisas, expresserunt rerum imaginibus earum, quae planetae, literas certas ducentis, ad ducatum pertinerent. Planetarum quidem singulorum ducatus erant res eae, quae virtutibus planetae prae ceteris conuenirent. Sic litera *r* (רישׁ caput) pertinet ad ducatum vel segmentum zodiacale Solis, planetae primarii, cui caput, membrum corporis primarium, conuenit. Qua de causa auctor alphabeti siue Phoenicius siue Aegyptius Thoth capitis imagine expressit sonum *r* in alphabeto genuino[48]). Haec itaque est lex summa, ad quam literae nostrae antiquitus definitae fuerunt. Quam legem si sequimur, facilius erit, veros literarum Hebraicarum significatus eruere. Tenendum, literas Aegyptias pa-

---

48) Vid. Systema Astr. Aeg. quadripartitum Vol. III. p. 368. ff. Tab. IX. Lex. hierogl. Vol. IV. varr. I.

riter atque Phoenicias esse a rebus sacris, ad theologiam antiquam spectantibus, appellatas. Hinc quam absonum sit, literas antiquas ad res viles profanasque, ac nihil significantes referre, e. g. ק ad foramen acus, cuiuis claret. In vniuersum quidem literarum sequentium nomina paullo aliter explicanda esse videntur.

אָלֶף non pro tauro integro sumi debet; sed secundum habitum literae א antiquum pro capite taurino, vt hieroglyphica docent, palo quidem infixo. Itaque habemus, quod multis de literis aliis valet, signum pro signo, vel partem pro toto. Ceterum taurus, vt Apis probat, Aegyptiis ad Lunae pertinuit ducatum.

בֵּית vulgo domum interpretantur, linguae Hebraicae quidem conuenienter. Concedendum tamen, ב antiquum cum domo vere nihil habere commune. Qua de re בית haud dubie referendum ad בַּת *βατος situla*, vel *modius* 1 Reg. 18, 32., cuius figura cum 𐤁 antiquo optime congruit. Mutatio *a* in *e* neminem offendet.

דָּלֶת Hebraeis non solum porta integra, sed etiam valua fuit, e. g. 1 Reg. 6, 31.; quae propter recludendi vim suam Marti apud veteres consecrata erat.

הֵא nullo pacto, quamuis habeamus radicem هُوَّة, pro foramine seu depressione accipi debet, quae sunt res neque sacrae, neque perspicuae; imo pro circumuallatione ac muris domus, saltem ob figuram antiqui ה et 𐤄 et ㄱ. Atque a radice هَاء habemus sane notiones: *constructio, aedificatio;* nec non: *terra culta, hortus.*

וָו, licet clauum ac paxillum significet, inter literas sublimiori sensu accipi debet. Quare וָו interpretamur sceptrum fortasse, hamo praeditum, quod tritum Ammonis ac principum insigne est, vel scapum. Certe ex locis Ex. 27, 10. 38, 28 all. patet, וָו non fuisse merum clauum, sed scapum ac columnam.

זַיִן sane significat armaturam ipsumque clipeum; verum quoque sensu genuino cultrum, pugionem, gladium. Atque Ps. 44, 7. aperte זַיִן reperitur pro חרב. Aegyptii, quibus culter idem fuit atque gladius, eo insigniverunt Saturnum eiusque animalia.

חֵית, quod mira ratione pro pera habuerunt, alii rectius secundum حات, حَاطَ, حوط *cingere*, interpretantur cincturam, sepimentum, aulam.

יוֹד, quum manum aeque ac brachium, vti يَد nec non יוד Cant. Cant. 5, 14. atque significatus *potentiae* docent, denotet; rectius pro brachio sumitur, quia 𐤉 non manum sed brachium significat, digitos iunctos et pollicem porrigens. Ipsum 𐤉 est compendium 𐤉 brachii potius, quam manus.

כַּף vtique alias volam manus significat, alias vero brachium vel vlnam; quod vocabula coniuncta probant: כַּפּוֹת תְּמָרִים Lev. 23, 40. col. כִּפָּה *palma* et *palmus* Latinorum. Quum vero vola fere flocci aestumanda sit in religione veterum, 𐤊 vero rectius vlnam significet, haud dubie כַּף pro vlna sumi debet. Aegyptiace quidem vlna scribitur [hieroglyph]; reperiuntur

vero duo quoque brachia ⅃⅃ pro ⲕ, forte elegantiae gratia coniunctim picta, quorum dextro respondere videtur brachium Phoenicium.

לָמֶד non pro mero baculo bouino sumendum, quod nimis vile videtur, sed vniuerse secundum لمد *verberare* pro flagello, instrumento incitatorio pastorum. Tale saltem nobile habebatur atque Solis dominantis deorumque supremorum insigne apud Aegyptios.

סָמֶךְ significasse paxillum tabernaculi, rem vilissimam, nemini facile persuadebitur; quare praeferenda aliorum sententia, qui סָמֶךְ secundum سمكا *consessus* interpretantur triclinium.

פֵּא = *φη* miro modo a פֶּה *ore* deriuarunt, cui iam obstat diuersitas literarum א et ה. Porro antiquum 𐤐 ita exaratum est, vt nullo sane iure cum ore comparari queat. Ipsae bestiarum fauces adeo dilatari non possent. Ceterum veteres Aegyptii os a parte frontis, non a latere visum depinxerunt, quod nemo aliter fecerit talem in vsum. Itaque פֵּא alia ad vocabula referri debet, quorum desunt vtique in lingua Hebraica aliisque Semiticis apta. Haud dubie vero huc spectant Coptica ⲃⲁ, ⲃⲁⲓ, ⲃⲁϩ (= السعف MSS.), *palma*, *ramus palmae*, quibuscum Graeca *βαΐς*, *βαΐον* (*ῥάβδος φοινικος* Hes. Et. M.) cohaerent. Sic centies ϣⲉⲛ̄ⲃⲁⲓ significat lignum palmae. Eandem ad radicem spectare videntur vocabula pa-lma, *φοι-νιξ*, quibus vocabulum פֵּא cum adiectiuo subesse videtur. Quod cadit quoque in nomina *Φοινικια* et Phoenix, si antiqua sunt. Quum 𐤐 sane palmae vel folio palmae simillimum sit, melior coniectura in promtu non est. Deriuatio enim 𐤐 ab ore falsa. Accedit, quod palma Aegyptiaca *p* exprimit, neque vero ⬭. Ceterum, quum ⲃ ⲡ ⲫ ϥ saepissime numero inter se confundantur, mutatio פא in ⲃⲁ pro ⲡⲁ vel ϥⲁ, ⲫⲏ nemini erit scrupulo.

צָדֵי a צוד *insidiari, capere, piscari* deriuatum, tum hamum piscatorium, tum rete exprimere potest. Quum vero 𐤑 rectius pro compendio retis, quam hami habendum sit, praeferenda videtur interpretatio nostra.

קוֹף secundum قُفّ atque قُوف verterunt foramen acus vel securis atque circuitum auris auremque ipsam. Quarum opinionum neutra stare posse videtur. Etenim acus foramen ipsum res nullius momenti est, atque pro acu securiue nemo foramen pinxerit. Qui vero vocabulo קוֹף notionem auris tribuant, longius a limitibus philologiae sanae recedere videntur. Iam si genuinas literae ק ad formas respicimus, praecipue ad Ϙ Graecorum antiquum; claret, Ϙ faciem humanam seu vultum frontemque capitis significare, quae Aegyptiace ☥ pingitur. Concedimus vocabulum Semiticum קוֹף non exstare, faciem significans; habemus vero similia, quae a radice Semitarum perdita קוֹף fronte capitis deriuari debent, e. g. cap-ut, *κεφ-αλη*, Kopf, Gaffe, quibus affinia sunt ⲕⲓϥⲓ, ⲕⲓⲃⲉ curuitas, tumor; ⲁⲡⲉ, ⲁⲫⲉ pro ϩⲁⲡⲉ, ⲕⲁⲫⲉ, גַּף altum, جبهة frons, כַּף curuitas. Ceterum ipsum קִיפָּא, vti Buxtorf monuit, sumi potest pro capite acus ac securis, quod a capite vulgo sic dicto nomen habuerit. Vtut sit, litera nulla a foramine acus appellari potuit.

תָו siue תָּיו, cognatum vocabulo تَوَى, significare dicunt crucem, quam veteres inusserint bestiis pro nota diacritica. Qua in ré mirari licet rationum leuitatem. Nimirum quo tempore alphabeti auctor vixit, nemini de eo cogitandum fuit, vt iumenta sua distingueret cruce, quippe qua reliqui quoque vsi sint. Praeterea sane quaerimus, qui factum sit, vt talis momenti res inter literas sacras, *ἱερα* inquam *γραμματα* recepta fuerit. Itaque תָו aliunde deriuandum putamus. Vtique haec vox ad طَوَى *complicuit* atque طَيّ *plicam* referri potest, tamquam funis plicatus ac nodo iunctus; vero tamen similior videtur deriuatio a תְּאוֹ capra orientali, Gazelle. Literarum quidem *ao* mutatio in *au* neminem offendet. Signum vero plane respondet collo caprino, sicuti camelino. Apices superiores nempe significant caput caprae cum cornibus et aure. Huc accedit, quod Aegyptii quoque capram orientalem in literas receperunt eademque fere ratione delineauerunt.

Iam literis Chaldaeis antiquis ad leges alphabeti genuinas examinatis rectiusque explicatis concedes, alphabetum Phoenicium miro modo conspirare cum Aegyptio, numeris ipsorum conseruato; nimirum literarum non solum figuris, sed etiam pronunciatione et ordine numerali. Respondent enim sibi inuicem literae sequentes:

א	caput taurinum	=		
ב	situla, vas	=		
ג	collum camelinum	=		
ד	valua	=		
ה	constructio, vel hortus	=		
ו	scapus, vel truncus	=		
ז	culter, gladius	=		
-	. . . .	=		
-	. . . .	=		
ח	sepimentum, aula	=		
ט	serpens erectus	=		
י	brachium	=		
כ	vlna	=		
ל	flagellum	=		
מ	aqua, vndae	=		
נ	piscis	=		
ס	triclinium, consessus	=		
ע	oculus	=		
פ	palmae folium	=		
צ	rete	=		—
ק	frons capitis, vultus	=		
ר	caput	=		
ש	dentes	=		
ת	capra orientalis	=		—

Qua ex comparatione patet quidem, literas genuinas paullo aliter fuisse in breue contractas apud Phoenicios, quam in Aegypto, quod clarius docet Tab. III. adiuncta; contendimus vero, alphabetum Chaldaicum genuinum pariter atque Graecum Semiticaque omnia iisdem rerum imagiuibus constitisse, atque Aegyptiacum. De quo superest pauca addere. Quaeritur enim, num Aegyptii literas quoque ק vultum, ר caput, ש dentes, ת capram, nec non א tauri caput, ב situlam in vsu habuerint parique modo pronunciauerint.

Etsi numeri et facilius a lineola vna duabusque repeti possint, quam a capite taurino et situla; tamen literae quoque א et ב inter Aegyptias reperiuntur. Etenim respondet

א tauri caput hieroglyphico et hieratico = , quae reuera vocalem *a* significant, alias omissam, e. g. in = ΜΑCΚ *vitulus t.*, Pap. Ber. 17; col. 23.

ב respondet hieroglyphico, hieratico demoticoque = = , quae *b* sonant in Berenice, Sebastus aliisque permultis. Hieroglyphicum scribi docet exemplum = Pap. Ber. 16 b. 23 b.

צ rete conuenit hieroglyphico ; cuius de pronunciatione, cum rarissime occurrat, nihil certi inuenimus. Sufficit monuisse rete Aegyptiis quoque literam fuisse. Praeterea quum retia atque omnia ad aucupium spectantia Mercurio pertinuerint pariter atque literam צ; probabile est, reti Aegyptios quoque *ts* vel *z* significasse [48].

ק vultus aequat = = , vti in = Pap. Berol. 16 b. 23 b. = Stele Vien. hieroglyphico-demotica; quae literae significant k = = , = , = e. g. in = Stel. Lond. 9559. = Pap. Ber. 16 b. 23 b. = Ib. 17 b. 23 e.

ר caput Aegyptiis est = R = B = e. g. in = Pap. Berol. 16 b. 23 b. = ib., quae literae pronunciantur r = v. g. in = Pap. Ber. 16. 23. Etiam in mumiis Londinensibus capiti praeest Sol , cui pertinet *r* consona.

ש (dentes) conuenit haud dubie signis = = . Quae dentes significare, innuunt oris dentati imagines = = in mumiis Londinensibus variisque papyris obuiae [49]. Vtique saepissime pro *s* reperitur v. g. in ΜΡC, ΜΑΡΗC Aegyptus superior Inscr. Ros. 14. 23. 32. = ΑΡCΝΟΗC Arsinoes Stat. Rom. B. A. 2674.; qua de causa pro = *s*, = = *s* aliisque similibus adhibetur, e. g. in = Ins. Ros. 17. 23. = Pap. Ber. 16 b. 23 b.

ת, cum funem significauit, respondit forte hieroglyphicis = , quae sane pro *t* et *th* = = reperiuntur, v. g. in = = Pap. Ber. 16. 17. 25. in = = summa, passim obuiis. Vero tamen similius

48) Vid. System. Astr. Aeg. p. 65. 195.

49) Bibl. Aeg. MS. 9579. al.

est, vti dictum, ח quippe esse collum caprae cornutae, quod sane Aegyptii quoque, nimirum, pro litera passim adhibuerunt. Cuius de pronunciatione nondum certi quid inuenimus.

Iam satis de conuenientia alphabeti Chaldaici antiqui cum Aegyptio. Quamuis enim obiiciatur, literas nonnullas Phoenicias imaginibus suis ac nominibus discrepare a hieroglyphicis, quae numeris Aegyptiis respondeant; claret tamen, literas Phoenicias, si rectius intelligantur, plane congruere cum Aegyptiacis comparatis. Maioris momenti esse videtur, quod aliquis monuerit, quo probetur, nullam esse inter alphabetum Phoenicium Aegyptiumque nostrum affinitatem, quippe:

4. *Aegyptias literas singulas non singulos sonos exprimere, vti Phoenicias, sed saepenumero diuersos.* Sane haec res noua atque inaudita, quamuis ab aliis siue malignis siue tardis acerrime impugnata fuerit, adeo vt luci literaturae Aegyptiacae inde affulgenti nouae tenebrae inferri viderentur, iam negari nequit. Scilicet quum ante hos quatuordecim annos equidem varia librorum Hermeticorum exempla atque parallela inscriptionis Rosettanae loca inter se compararem; vidi, eadem hieroglyphica, hieratica et demotica signa, quibus Spohn, Champollion aliique certos sonos tribuerant, eadem alios quoque significare maxime diuersos. Quae tum didici, demonstrare studui variis exemplis; erraui autem ratione ambiguitati literarum Aegyptiacarum huic tributa[50]. Serius demum cognoui, quam ob causam et quas ad leges Aegyptii iisdem signis varios sonos expresserint[51]. Ceterum ipse Champollion cognouit, certa hieroglyphica diuersas literas significasse e. g. et nunc *l* nunc *r*. Reliqua, quibus integrum systema hieroglyphicum corruisset, caute silentio praeteriit, quo facilius permutationem literarum *l* et *r* dialectica pronunciatione varia explicaret. At neminem fugiet, qui in explicatione inscriptionis Rosettanae aliarumque aliquam operam posuerit, permulta hieroglyphica alias hanc, alias aliam exprimere literam. Quod paucissimis exemplis probasse sufficit. Sic:

= r et l etiam g = , significat in = Papp. Ber. 10. 22. = ib. 16. 17., = ⲔⲈⲔⲈⲔⲈ et atque etiam; Inscr. Rosett. varr. loc. Item

= r, l, ġ valet quoque ê η = ııı, , , e. g. in = = ϩι atque; Inscript. Rosett. pass.; in = Stel. Lond. 9559.; = = Papp. Ber. 16. 17. 22. 23.

●, sexcentis in locis *r* pronunciandum, pronunciatum quoque vidimus g = , ; .

---

50) Rudimenta hieroglyphices. Lips. 1826.

51) Systema astronomiae Aeg. p. 365.

item l = [hieroglyph], nec non η = [hieroglyph]; v. g. in [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Xerxes. Rosel. M. Eg. Vol. II. Tab. XII. pariter atque in Autocrator Desc. de l' Eg. An. I. 27. no. 14–16., Psametichus aliisque; item in [hieroglyphs] κεραμιον Ins. Ros. L. 18. [hieroglyphs] = [demotic] ib. Lin. 18. 19. [hieroglyphs] = [demotic] = αλολι ib. L. 30. [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16 a. 17 a. [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16 b. 23 b.

[hieroglyph], quamuis alias s valeat, saepissime reperitur pro i, quemadmodum [hieroglyph] *i* pro *s*, e. g. in [demotic] = [hieroglyphs] ΜCΙ genitus, passim; [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Stel. Par. 4207. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16. 17. 23. [hieroglyphs] *Lvks* Lucius vel *Λευκος* Rosel. Mon. II; XXX. Salt II. 19. Felix. 7. [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Vespasianus Ros. II; XXV.

[hieroglyph], proprie *i*, significat alias s = [demotic], etiam t = [hieroglyphs]; e. g. in [hieroglyphs] = [hieroglyphs] Pap. Ber. 16. 23. [hieroglyphs] = [demotic] ib. 25 a. 16 b.

[hieroglyph] non solum s, sed etiam η = [hieroglyph] exprimit, e. g. in [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16. 22.

[hieroglyph] ꞓ non solum pro Κ, verum quoque pro h = [hieroglyph] et a = [hieroglyph] reperitur v. g. in [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16. 25. [hieroglyphs] = [demotic] Ib. 16. 22.

[hieroglyph] R, proprie *r*, reperitur item pro g = [hieroglyph] e. g. in [hieroglyphs] = [demotic] Pap. Ber. 16. 17. 22. 23.

Quibus exemplis, quae facile sexcentis aliis augeri possent, sane elucet, Aegyptios eadem signa pro variis sonis passim adhibuisse. At haec Aegyptiacae scripturae Semiticaeque diuersitas tantum abest vt vtriusque communem originem refutet, vt probet potius. Scilicet alphabetum antiquissimum a Taaut siue Thoth inuentum, quum coeli siue Zodiaci imago fuerit, testibus Sanchuniathone, Beroso, Graecorum mythis aliisque; non potuit, quippe 24 literis instructum, quin segmentis 24 Zodiaci responderet. De quo fusius infra. Itaque prima alphabeti litera primo Zodiaci segmento respondit et sic porro. Iam Zodiaci 24 segmentis antiquitus, vti constat, praeerant planetae, iusto ipsorum ordine positi ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄; quae segmenta exprimebantur imaginibus rerum planetis praepositis sacrarum. Idem accidisse Zodiaci 12 signis, alias demonstratum. Sic primo signo Zodiaci praefecerunt tamquam Oecodespotam planetam ♃, cuius ad ducatum pertinuit aries, Ioui consecratus. Hinc Ariete expresserunt Signum Zodiaci Ioui adscriptum. Iam eadem ratio est alphabeti, quod item constat imaginibus rerum planetis deinceps sacrarum. Quos ad planetas imagines sin-

gulae pertinuerint, docent astronomi veteres Firmicus, Ptolemaeus, alii; atque antiquae inscriptiones astronomicae. Sic veteres e. g. bouem ad Lunam, caput ad Solem, dentes brachivmque ad Martem retulerunt. Itaque si referas imagines alphabeto Phoenicio pariter atque Aegyptio numeris expresso proprias ad praepositos suos planetas; inuenies seriem planetarum ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ seruatam per seriem literarum genuinam. Excipi debent tantummodo vocales, quae singularem ordinem sequuntur. Iam vero etiam videbis ordinem planetarum in literarum ordine, quum proprie essent 25 literae, quater fere repetitum. Ex quo fit, vt plures literae vnum ad planetam referri debeant. Inde quidem explicatur, in qua Semitica literatura ab Aegyptia differre videtur, ambiguitas hieroglyphicorum. Nimirum ad planetas singulos pertinuerunt variae hae literae:

Praepositi:	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄
Vocales:	א	ε	ה	η	י	ע	V
Consonae:	—	—	ב	ג	ד	ו	ז
	ח	ט	כ	ל	מ	נ	ס
	פ	צ	ק	ר	ש	ת	—

Hieroglyphicorum vero ambiguitas consistit in eo, quod imago planetae cuidam propria sonos omnes eidem planetae proprios exprimere possit. Hinc, vti vidimus, caput non solum *r* verum quoque *c* significat; hinc sol alias *r*, alias *c*, alias *l*, alias *η*; hinc os nunc *l*, nunc *r*, nunc *c*; hinc pennae modo *i*, modo *s* valent. Ad ducatum enim Martis pertinet *i* pariter atque *s*; sicuti *r l c i* ad Solem spectant genuino in alphabeto. Quae lex hieroglyphices Aegyptiacae egregie confirmatur hieroglyphicis binas simul literas significantibus. Sic inscriptiones diuersae, eadem verba continentes, pro ⲙⲥ *filius* habent solum, non quidem quoniam caepa per se filium vel compendium vocabuli ⲙⲥ significauerit, sed quia ♂, cui radix illa conuenit, vtramque literam tum *s* tum *m* tuebatur. Item pro et alias, vti Champollion iam vidit[52], exstat non quidem quoniam phallus filium innuat, sed Martis caussa phallo pariter atque literis *m* et *s* praepositi. Porro vlnae Aegyptiacae pedem significant signo i. e. ϥⲁⲧ pedis, non quidem quoniam pes aquilinus vlnam dimidiatam constanter aequauerit, sed quia ad Iouem pertinuit aquila, literis ו et ת praepositum. Securem Deum ⲛⲟⲩϯ significare, inter omnes constat. Scilicet , cum in monumentis astronomicis planetam ♃ significet, exprimit literas Ioui sacras *n* et *th*. Et sic porro sexcentis in aliis.

Concedimus quidem hac tali hieroglyphices Aegyptiacae lege multum impediri hieroglyphicorum interpretationem; negamus vero eam tolli plane impedimentis, quae veteres ipsi

52) Précis hierogl. Tab. VIII.

sibi creauerint. Champollionis quidem e sententia nemo facile explicuerit talem hieroglyphicorum ambiguitatem. Dixeris quidem, v. g. ◉ significasse non modo solem PH, sed etiam, quum ◉ alias *l*, *g*, *η* exprimat, res alias, quarum nomina his a literis incipiant. At sua sponte claret, Champollionis systema corruere, si liceat hieroglyphico cuidam quemlibet attribuere significatum. Contra ambiguitas hieroglyphicorum nostra non solum certis legibus adstricta apparet, sed etiam veterum traditionibus fulcita; de quo infra fusius.

Nimirum vetus traditio est apud Arabes, alphabetum Pharaohnicum antiquum continuisse solummodo septem literas, quarum quaenis tribus signis exprimeretur. Eodem facit mythus de Cadmo, qui exercitum e dentibus draconis (Zodiaci) habuerit, diuortio facto ad quinque heroes deminutum, quibuscum Cadmus et Hermione, ergo septem diuinae personae, Thebas (sapientiae palaestram) condiderint. Quae traditiones concinnari nequeunt cum traditione, alphabetum Aegyptium 25 literis constitisse; si non statuatur, literas Aegyptias 25 antiquitus diuisas fuisse septem in classes, exemplo planetarum septem; atque literam quamque varios sonos expressisse, eidem planetae subiectos.

Rogaueris sane, quam ob causam Aegyptii adeo literarum perspicuitatem obscurauerint; quid vero respondeamus, vix habemus, praeter rem ipsam. Vero simillimum est, Aegyptios de consilio literaturam obscurasse. Saltem hinc explicatur, quod scriptura Aegyptiaca *γραφη ἱερογλυφικη* vocata fuerit; quod in vsum vulgarem nouam scripturam *δημοτικην* faciliorem inuenerint; quod pueri primum demoticas, hinc hieraticas, denique hieroglyphicas tractauerint literas, quas soli sacerdotes secrete (*ἐν ἀποῤῥήτοις*) didicissent [53]. Hinc recte dixerunt Cosmas Indic., *hieroglyphica non esse literas proprie, sed literarum symbola*, atque Cassiodorus, *in obeliscis sacra priscorum, Chaldaicis signis, quasi literis indicari* [54].

Vtut sit, Aegyptiorum consuetudo diuersos sonos eodem hieroglyphico exprimendi probat, alphabetum Aegyptium atque Chaldaicum antiquum eiusdem originis esse. Vtrumque enim antiquitus septem literarum classibus inter planetas diuisis constitit.

Iam satis de conuenientia Aegyptiaci cum Semiticis alphabetis. Vidimus nimirum, Aegyptiis verum alphabetum 25 literarum adscribi a veteribus. Totidem literas Semitica alphabeta continuerunt, priusquam duas literas inter ו et ח, et vnam post ת perderent, quippe cognatis in alphabetis conseruatas. Deinde Aegyptiae literae pariter atque Semiticae sunt imagines rerum diis planetis consecratarum; aliae clariores, vt hieroglyphicae; aliae breuiores, vti hieraticae. Porro quo ordine literae Semiticae, eodem Aegyptiae sequuntur in alphabeto. Numeri enim hieratici sunt literae in breue contractae atque hieroglyphici numeri | ∩ 9 ⚲ verae sunt literae Chaldaicis antiquissimis pares eosdem et numeros et sonos exprimentibus. Insuper numeri Aegyptii plerique hieroglyphici hieraticique congruunt etiamnum cum Phoeniciis quoad formas.

---

53) Clemens Al. Strom. V. 4. III. 3. coll. Rudiment. hieroglyphices p. 42. 43.

54) Cosmas p. 161. Montf., Cass. Chron., quem l. vid. Rudiment. hier. p. 12. n. 36.

Etsi nonnullae literae Aegyptiae a Phoeniciis differant propter elegantias adspersas aliasque dissimilitudines; patet tamen, multas literas vel numeros Aegyptios Phoeniciis literis, quibus respondeant ordine, adeo similes esse, vt literas Phoenicias ipsas pro literis Aegyptiis sumere possis e. g. [glyph] 60 pro [glyph], [glyph] 70 pro [glyph], [glyph] 100 pro [glyph], [glyph] pro φ, R pro R, [glyph] pro W et sic porro. Easdem rerum imagines, quibus alphabetum Semiticum constat, Aegyptiorum scriptura hieroglyphica continet; quarum ordo numeralis apud vtrosque par est. Quod valet etiam de numeris [glyph] 1000 et [glyph] 10000. Scilicet folium loti [glyph] sonuit ח, digitus [glyph] vero, Mercurio sacer, vt catalogi membrorum cum diis suis tutelaribus exhibiti in mumiis Londinensibus docent, respondit literae ט e. g. in vocabulis [glyph] = [glyph] frequentissimis. Ex quo patet, Aegyptios pro 1000 et 10000 adhibuisse literas ח et ט variantes, quemadmodum Semitae א variantem pro 1000 scripserunt. Ergo Aegyptii numeros 1000, 10000, non ab א = 1, numeris decimalibus aucto, inceperunt, vti Semitae; sed ab ח = 10, ט = 20 significatu millenario. Quo probatur denuo, in alphabeto Aegyptiorum genuino post ch = ח fuisse t = ט collocatum antiquitus. Quemadmodum Semitarum ח = ch, פ = p, initio significarunt 10, 100; ita Aegyptii quoque [glyph] = ch et [glyph] = p expresserunt 10, 100; et sic porro. Constat, literas 25 alphabeti cuiusuis tam variis modis inter se disponi posse, vt dentur 15 quadrilliones alphabetorum inter se diuersorum [55]). Iam si duos apud populos reperiantur alphabeta, quae vel decem literas, ne dicam viginti, contineant eodem ordine se excipientes siue paribus interuallis inter se dispositas; concedes, id non forte fortuna accidisse, imo eiusmodi alphabeta eodem ex fonte promanasse. Quas quidem ob causas nemo facile negauerit, Aegyptiorum alphabetum atque Phoenicium antiquitus vnum idemque fuisse, maxime si respicitur ad id, quod vtrumque imaginibus sacris constat atque eidem Thaaut siue Thoth, diluuio aequali, adscribitur. Iam superest breuiter videre, quid hac ex nostra dissertatione sequatur.

§. 11. *Consequentiae.*

1. *Alphabeta nostra, Latinum, Graecum, Hebraicum multo antiquiora sunt, quam putarunt.* Cadmus enim, cui literarum inuentio tribuitur, circa annum 1600 a. Ch. vixisse fertur. Hinc dubitarunt adeo de authentia Pentateuchi, quoniam Moses alphabetum nondum habuerit. Vtique antiquissimae inscriptiones Phoeniciae iuniores creduntur Graecis, quarum antiquissimae ad saeculum 7. a. Ch. referuntur. Iam vero ex Aegypto habemus inscriptiones et papyros eodem cum alphabeto, conscriptos aetate Mosis, nati anno 1949 a. Ch., Iosephi atque Abrahami, si sequimur Manethonem. Manethonis vero dynastiae, quarum priores 11, libro primo vsque ad Sesostridem magnum (Chamum) enumeratae, aeram antediluuianam spectant, satis superque confirmatae sunt obseruationibus astronomicis editis et ineditis [56]).

---

55) Numerus alphabetorum variatorum accuratior est = 25. 24. 23. 22........1.

56) Systema astronomiae Aeg. quadrip. Vol. III. Unser Alphabet pag. 33.

Itaque probatur primum, quod vix aliunde probari potuerit, alphabeticam nostram scripturam in vsu iam fuisse, quo tempore antiquissimi papyri et stelae existerent in Aegypto. Papyri antiquissimi, quum accuratissime diem, mensem annumque Pharaonum tum regnantium indicare soleant, spectant ad Amenophin, sub quo, vt veteres tradunt, Israelitae Aegyptum egressi sunt, atque ad sequentes Dyn. XVIII. reges. Antiquissimae vero inscriptiones hieroglyphicae, tabula Abydica Manethoni adstipulante, pertinent ad regna regum Dyn. XVII et XVI. Iam vltra procedere licet. Scilicet de papyris dictis antiquissimis nonnulli sunt rescripti, ergo antiquiores. Atque literae tum hieraticae, tum hieroglyphicae antiquissimae adeo eleganter, accurate, ornateque exaratae cernuntur in monumentis dictis, vt nemini persuaderi possit, scripturam apud Aegyptios aliquot saeculis prius in vsu non fuisse. Videsis, quam antiqua ad tempora alphabeti originem referre cogamur monumentis Aegyptiis. Aegyptii, si anno 2000 a. Ch. alphabeto caruissent, neutiquam scribere potuissent literas numerosque suos tam eleganter ac perfecte, quam fecerunt in papyris stelisque regum Dyn. XVI. XVII. XVIII. Memorare licet, ab hoc inde tempore totam Aegyptiorum literaturam sensim sensimque in peius mutari coeptam esse.

2. *Omnis Aegyptiorum literatura non est symbolica, sed alphabetica in vniuersum.* Vsque ad Young omnes putarunt, hieroglyphica singula significare vocabula, siue notiones singulas. Postquam Young demonstrauerat, certa hieroglyphica esse literas ac syllabas; mox eo ventum, vt crederetur, hieroglyphica fere omnia in nominibus propriis obuia esse alphabetica, reliqua vero symbolica. Anno 1825 nos ipsi quidem, comparatione scriptorum Hermeticorum variorum freti, probare studuimus, omnem Aegyptiorum literaturam esse alphabeticam; item literis demoticis, hieraticis, hieroglyphicisque subesse alphabetum Phoenicium, imo literas Aegyptias omnino grammatice explicari debere. Quod iam egregie signis Aegyptiorum numeralibus confirmatur. Aegyptii enim, quum alphabetum verum numeris expressum antiquissimis iamiam temporibus haberent, nullo pacto scripturam perspicuam maximeque simplicem commutassent cum obscura atque inexplicabili symbolica. Per se quoque clarius luce est, neminem 450 signis symbolicis, quot sunt hieroglyphica vere diuersa, conscribere potuisse vel vnum papyrum, quamuis notiones vel maxime vulgares continentem. Quid dicam de millibus inscriptionum illis, vel de libris 36 Hermeticis integris? Fac tot monumenta hieroglyphica fuisse conscripta signis 450 ratione symbolica; quis quaeso sacerdos vel paucos post annos valuisset eiusmodi versum iterum intelligere? Loquitur quidem Clemens Al. de symbolicis Aegyptiorum hieroglyphicis; at memorat ea non tamquam primaria, sed vt secundaria post alphabetica, *δια των πρωτων ςοιχειων* loquentia. Quae hieroglyphica apud Clementem ne necesse quidem est ad scripturam Aegyptiorum proprie dictam referre, quum Clemens etiam astronomica hieroglyphica, quae item ad *γραφην* Aegyptiorum pertinent, in mente habere potuerit. Qui vero hanc rem decidere maluerint inscriptionibus veluti Rosettana, videbunt, symbola hieroglyphica non esse frequentiora, quam symbola nostris in libris astronomicis.

Rarissime Aegyptii adhibuerunt symbola inter literas suas, atque multa, symbolis similia, sunt potius alphabetica, vti [symbol] ⲭⲏ ⲛⲟⲩϯ *habitatio dei*, templum.

Quas ob causas omnis Aegyptiorum literatura non phantasiae quidem viuae ope, sed philologia sana ac grammatica ratione in vitam reuocari posse videtur. Per grammaticam serius ocius eo perueniet, vt tota, quae ex antiqua Aegypto nobis obuenerit, hereditate frui liceat, instar Graecarum literarum. Quod non flocci aestumandum. Scripta enim Aegyptiaca adeo numerosa sunt, vt vix centum voluminibus capi posse videantur; multoque antiquiora omnibus Graecorum, Latinorum Orientaliumque libris, eaque incorrupta; quippe in monumentis autographis fere ab Abrahami inde aetate seruata. Tenendum, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus verum alphabetum in vsu habuisse idem, quo Latini, Graeci, Hebraei aliique scripserunt. A quibus Aegyptii eo potissimum discesserunt, quod pro sonis iisdem varia signa adhibuerunt; siue vt templa sua maxime variis imaginibus diuinis ornarent, siue vt sciolos peregrinosque irriderent, siue vt vocabula diuersa similiter sonantia clarius discernerent, siue alias ob causas. Ceterum patet, scripturam symbolicam non antiquiorem esse alphabetica, sed recentiorem; atque alphabetum non ex symbolis, vocabulorum syllabarumque notis, prodiisse, sed versa vice. Qua in re caue prouoces ad Sinensium vsum, postquam Remusat demonstrauit, Sinensium quoque in siglis alphabetum 23 literarum reconditum esse.

3. *Alphabetum Aegyptium non a Phoenicio originem habet, imo vtrumque communi ex fonte promanauit, quippe ab alphabeto Chaldaeorum genuino.* Etenim quum veteres alii Phoeniciis, alii Aegyptiis tribuerint literarum inuentionem; patet has traditiones aut nihil probare, aut rectius intelligi debere. Quid? quod Cadmum ipsum fecerunt Aegyptium[57]). Scilicet Aegyptus (ⲕⲁϩⲓ ⲫⲑⲁ=*γαια, αἰγα φθα* terra praepotentis Dei) significauit veteribus non solum vallem Niloticam, verum quoque, secundum symbolicam atque allegoricam loquendi rationem veterum, omnino terrarum orbem[58]). Quod Phoenicios vero attinet literarum auctores, distinguendum est inter Phoenicios vulgo sic dictos incolas Palaestinae, atque Phoenicios genuinos *ἀπ᾽ αἰωνος γεγονοτας*, quos Eusebius diserte appellat[59]). Quo ex loco Eusebii clare apparet, Phoenicios antiquissimos esse Noachidas, ex arca diluviana tamquam regenitos. Scirem quoque, vtrum nomen Phoeniciorum cohaereat cum Aegyptiaco ⲫⲉⲛⲉϩ *saeculum.* Vtut sit, disertis verbis Cassiodorus tradit literas hieroglyphicas niti alphabeto Chaldaico[60]), atque omnes in eo consentiunt, quod Taaut Phoenicius, siue

---

57) Euseb. n. 562. vid. Marsham Can. chron. p. 121. Plato in Phaed.; Plutarch. Sympos. IX. 3. col. Saalschütz: Zur Geschichte der Buchstabenschrift p. 21.

58) *Αἴγυπτος δε ὁ κοσμος ἀλληγορειται.* Clemens Al. Strom. I. p. 284. Ed. Sylb.

59) Euseb. Praeparat. Euangel. II. p. 39. ed. Viger.

60) Cassiodor. Chron. ad Theod.: in obeliscis, inquit, sacra priscorum Chaldaicis signis, quasi literis, indicantur.

Thooth, Thoyth, Thoth Aegyptius, Hermes, Mercurius, Apollo quidam diuinus alphabetum antiquissimis temporibus inuenerit. Qua de re, quum ille Taaut vndecima a Protogeno (Adamo) progenies, diluuiique aequalis fuisse narretur, clarum est, veteres ipsos Noachidis tribuisse literarum originem. Quod monumenta Aegyptia egregie probare videntur. Haec enim multo antiquiora sunt Cadmo, quem alphabeti auctorem habuerunt. Deinde vidimus Aegyptios non symbolice scripsisse, sed iam paucis post Babylonicam dispersionem saeculis habuisse alphabetum verum, quippe numeris conseruatum; quod numero literarum, ordine consonantium, intercalatione vocalium, diuisione in septem classes, imaginum delectu mythologico, quid? quod formis literarum conuenerit cum alphabeto Phoeniciorum, Graecorum, Latinorum, Chaldaeorum, Syrorum, Samaritanorum, Arabum aliorumque. Quod, quum forte fortuna accidere non potuerit, sane probat, omnium gentium alphabeta communi ex fonte prodiisse. Huc accedit, quod alphabetum Chaldaicum antiquum, vti nuper sexta huius operis in particula demonstrare studuimus, continere videtur constellationem quandam, quae non nisi anno 3446 a. Ch. sub finem diluuii accidere consignarique potuerit.

Sane haec res grauissimi momenti est, qua de re non superuacaneum videtur, quaerere vtrum reliqui quoque populi praeter Semitas, Graecos, Latinos, Aegyptios aliosque idem alphabetum habuerint nec ne. Etenim tum demum cuiuis facile persuadebitur, scribendi artem semel tantum inuentam esse, quippe a proauis omnium nationum communibus; quum demonstratum fuerit, nostro cum alphabeto consentire omnium populorum vel plerorumque alphabeta. Apprime huc spectant alphabeta: Persarum veterum cuneoforme, Pehluicum, Zendicum; item Assyriorum, Medorum, Babyloniorumque cuneoformia; nec non Indica, maxime Sanscriticum. Quae alphabeta e sententia vulgari nihil putantur habere commune cum alphabetis Semitarum atque hieroglyphicis Aegyptiorum; imo pro genuinis scribendi rationibus, e symbolica quadam scriptura oriundis venduntur.

Pars II.

De alphabeto scripturae cuneoformis genuino.

§. 1. *Introductio.*

Quemadmodum in Aegypto, ita in Asia quoque singularis quaedam scriptura reperitur, quippe cuneoformis triplex, cognita ex alabastro Parisino, cum titulo hieroglyphico: *kšiarša hl vle, Xerxes rex magnus* [1]; quam item diu pro symbolica habuerunt. His quidem literis Persarum, Medorum et Assyriorum cuneoformibus, inter quas eadem necessitas intercedere videtur atque inter demoticam, hieraticam et hieroglyphicam, prima lux affulsit ante hos triginta annos, postquam Grotefendo contigerat, vt Persicos aliquot cuneorum complexus alphabetice pronunciaret nonnullaque vocabula grammatice explicaret. Grotefendum secuti sunt felicissimo cum successu Münter, St. Martin, Rask, Burnouf, Lassen et Beer; de quibus Burnouf, Lassen et Beer ope inscriptionis Niebuhrianae, quae catalogum populorum a Herodoto commemoratorum continet, atque auxilio linguae Sanscriticae, quae vocabulis multis formisque grammaticis Persicarum antiquarum similibus constat, alphabetum Grotefendi multis numeris auxerunt emendaruntque. Quaestiones has in literaturam Persarum cuneoformem hactenus institutas nuper docte exposuit ponderauitque collega et amicus mihi coniunctissimus Prof. Beer [2]. Quae dissertatio praeter ea, quae Beerius priuatim mecum communicauit, ansam nobis praebuit ad dissertationem hanc.

Quaeritur, quid de literis Persarum, Medorum, Assyriorum et Babyloniorum cuneoformibus statuendum sit. Primo quidem demonstratum est, scripturam Persarum cuneoformem constare 36 literis, quarum pronunciationem stabilierunt hanc:

---

1) Apographum correctum huius alabastri ipso in vasculo factum vid. infra Tab. IV. a.

2) Hallische Literaturzeitung. 1838. St. 1. seqq.

Ordo	Lassen	Burnouf	Beer	Notae
1) [sign]	r	r	r	
2) [sign]	kh	kh	kh	
3) [sign]	sh	sh	sh	
4) [sign]	d	d	d	
5) [sign]	ç	ç	ç	
6) [sign]	u	u	w	Secundum Grotefend û.
7) [sign]	a	a	h	Secundum Grotefend â.
8) [sign]	h	h	y	
9) [sign]	a	a	a	Secundum Grotefend ê aut â.
10) [sign]	p	p	p	Secundum Grotefend p aut b.
11) [sign]	f	f	f	
12) [sign]	t	t	t	
13) [sign]	m	m	m	
14) [sign]	n	n	n	
15) [sign]	z	z	z	
16) [sign]	k	k	k	
17) [sign]	b	b	b	
18) [sign]	—	—	?	Vno tantum in vocabulo occurrit teste Beerio.
19) [sign]	th	dh	th	
20) [sign]	gh	gh	gh?	
21) [sign]	gh	gh	gh?	Semel tantum occurrit teste Beerio.
22) [sign]	dsch	gh	dsch	
23) [sign]	t′	th	t′	
24) [sign]	i	o	i	
25) [sign]	v	g	v	
26) [sign]	dh	gh	dh	
27) [sign]	w	i	w	
28) [sign]	m̃	i	m̃	

Ordo	Lassen	Burnouf	Beer	Notae
29) ‹YY–	g	û	g	
30) Y‹Y	ç	y	ç	Simile literae *t* secundum Lassen.
31) –‹‹	sch	.	?	
32) ≡YY	tsch	l	tsch	
33) –Y‹	ng	h	ng	
34) ŦY–	i	v	?	
35) ‹Y	a	q	q	Nonnisi ante *u* reperitur, quocum vocalem quandam ô exprimit secundum Lassen.
36) ‹‹	?	?	?	Semel tantum occurrit teste Beerio.

Iam videamus, quid de natura harum literarum, quibus millia inscriptionum in Asia Aegyptoque inde a sexto saltem saeculo a. Ch. ortarum constant, statuendum sit. Quaestio est, num literae hae sint arbitrariae cuneorum coniunctiones, an arte factae ac mathematicis legibus adstrictae, quod colligitur e repetitione cuneorum illorum trium ➤, Y, < combinatoria. Sciscitandum, num his 36 literis subsit alphabetum iam notum; an alphabeta nostra e cuneoformi illo, quippe antiquiore ac genuino ceu hieroglyphico, prodierint. Liceatne has 36 Persarum veterum literas comparare ante omnia cum 36 Persarum recentiorum literis?

Quae omnia accuratius perscrutari atque ad lucem perducere, multum interest. Iuuaret inuenire, cuneorum nostrûm complexus niti arte combinatoria singulasque literas 36 illas serie certa sese excipere, quoniam hinc pateret, quo ordine literae alphabeti cuneoformis positae fuerint initio. Hinc liceret, alphabetum cuneoforme comparare cum Persico recentiori atque definire, quae cuneoformis litera Persicae cuidam initio responderit, quemue sonum proprie expresserit illa. Quod parum accurate euinci posse videtur vocabulis formisque grammaticis Indicis et Zendicis. Inuentis literis Zendicis, quibus cuneoformes pro ordine alphabetico responderint, facile foret, quamlibet inscriptionem cuneoformem exprimere literis Zendicis, pariter atque Neopersicis et Indicis; quo, missa plane vera literarum cuneoformium comparatarumque pronunciatione, multo certius radices vocabulorum cuneoformium in Zendica Pehluicaue, Neopersica et Sanscritica lingua reperirentur. Ceterum grauissimum esset ad palaeographiam historiamque instruendam, nec non ad sententiam nostram de origine alphabeti Noachica nuper propositam denuo confirmandam; si clareret, etiam Persas veteres alphabetum reliquis gentibus commune habuisse, imo alphabetum Zendicum, Pehluicum, Neopersicum, Arabicum aliaque non esse nisi genuinum illud, literis nonnullis in fine auctum variisque modis scriptum.

Itaque videamus ante omnia de literarum cuneoformium ordine, quo facto alphabetum hoc cum Neopersico, Zendico et Pehluico comparare iuuabit.

§. 2. *De combinatione literarum cuneoformium.*

Quamuis multi putauerint, alii, literas cuneoformes esse imitationes literarum in Asia vsitatarum, alii, scripturam cuneatam esse genuinam, alphabeticae matrem; vix tamen opus est demonstrare talium nugarum vanitatem. In oculos incurrit, eiusmodi literas, vti Y≽, YY≡, YYY≻, ≻YY, ≽YYY, ⟨Y, ⟨YY≻, quae nulli literae, vel cuiuis similes sunt, prodiisse ex combinatione et repetitione trium elementorum. Fac aliquot cuneorum complexus videri similes literis Indicis aliisue; patet reliquos nihil congruere. Atque constat artificiosis ac fraudulentis argumentis quamuis demum thesin sciolis demonstrari posse. Sic Cabbalistae docuerunt, literas Hebraicas in coelo reperiri, quia lineis a stella quadam ad alias ductis insint delineamenta literarum Hebraicarum. Quod antiquitatem scripturae cuneoformis attinet e laterculis Babylonicis ductam, probandum fuisset, rudera Babyloniae esse vere antiqua atque Babylonem nostram non differre a Mosaica, quod alii negarunt.

Iam si literaé cuneatae sunt combinatoriae, obiecerit aliquis, earum numerum nondum esse definitum, quo omnis haec combinatio irrita fiat. At quotquot hactenus hoc literarum genus satis amplum tractarunt, solas illas 36 literas inuenerunt. Quumque Persae recentiores solummodo 36 literas habeant; vel eam ob causam probabile est, veteres Persas non plures distinxisse linguae sonos. Accedit, quod numerus 36 vti reliquos apud populos ita apud Persas quoque pro sancto ac religioso valuit, quippe attinens Zodiacum in 36 partes diuisum, ad quem Persae etiamnum, vti Lexica docent, literas suas referunt. Ceterum noli vrgere, combinatione et repetitione trium cuneorum (≻, Y, ⟨) multo plures praestari posse cuneorum complexus, quam 36 illos. Scilicet auctor alphabeti cuneoformis de complexibus combinatoriis elegit eos tantum, qui rationibus scripturae lapidaris conuenirent, maxime, inquam, simplices.

Qui literas cuneatas certum in ordinem redigere student secundum artem combinatoriam; distinguere debent ante omnia quatuor complexuum classes. Aliae enim literae a cuneo aequo ≻ incipiunt, quae, quum numerosissimae sint, primo loco poni debent; aliae paullo minus frequentes abs Y; aliae abs ⟨ cum cuneis ≻ et Y composito; aliae denique abs ≻ iterum, sed reliquis cuneis imposito. Haec sola est dispositio iusta ac naturalis classium. Etenim cunei simplices ≻, Y praemitti debent composito ⟨, pariter atque classes numerosiores minus numerosis; atque combinationibus cuneorum ≻, Y et ⟨ exhaustis demum denuo series abs ≻ primae classis incipienda. En quatuor literarum cuneoformium classes in ordinem redactas. Tabulae huic nostrae apposuimus literas Latinas, pronunciationem Lassenii, Burnoufii et Beerii spectantes, quam infra accuratius expendere officium erit.

	I. [cuneiform]		II. [cuneiform]		III. [cuneiform]		IV. [cuneiform]	
1	[cuneiform]	h. (ñg)	[cuneiform]	ds	[cuneiform]	?	[cuneiform]	i. (v)
2	[cuneiform]	b	[cuneiform]	?	[cuneiform]	h. (a)	[cuneiform]	g. (u)
3	[cuneiform]	tsch	[cuneiform]	f	[cuneiform]	dh. (gh)	[cuneiform]	sh
4	[cuneiform]	m	[cuneiform]	ç	[cuneiform]	kh	[cuneiform]	i. (o)
5	[cuneiform]	n	[cuneiform]	gh. (h. y)	[cuneiform]	?	[cuneiform]	d
6	[cuneiform]	gh. (?)	[cuneiform]	m (?)	[cuneiform]	g. (û)	[cuneiform]	t′ th
7	[cuneiform]	dsch. (gh)	[cuneiform]	th. dh	[cuneiform]	u	[cuneiform]	b. (p)
8	[cuneiform]	t	[cuneiform]	z	[cuneiform]	gh	[cuneiform]	a
9	[cuneiform]	l. sch	[cuneiform]	k				
10	[cuneiform]	r						
11	[cuneiform]	w. (i)						
Summa	11	+	9	+	8	+	8	= 36.

Videsis, hanc talem classium dispositionem efficere figuram cunei quandam. Etenim post classem primam veluti primam cunei partem sequitur secunda minus alta et sic porro; quod non fortuitum videtur, imo pro recta classium dispositione loquitur.

Iam instat, indiuidua classis cuiusque mathematice disponere suosque in ordines redigere. Quo faciunt cunei initiales et secundarii singularum literarum. Literae enim incipiunt aliae a singulis cuneis, aliae a binis ternisue; habentque post initiales cuneos item aut singulos aut binos, aut ternos aequales. Quam ob causam indiuidua classium disponi debent secundum consecutionem cuneorum numericam: [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] = 1, 2, 3. Deinde claret, quum eadem in classe variae literae a singulis cuneis binisue incipiant, quamuis classem variis ordinibus constare. Qui ordines inueniuntur cuneis secundariis, si eadem consecutio numerica seruetur. Quum enim ordo [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] coniunctus sit cum cuneis [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] = 1, 2, 3; literae inde ortae ita disponi debent, vt cunei initiales aeque ac secundarii pari ratione sese excipiant. Sic e. g. habebimus seriem hanc: [cuneiform]. [cuneiform]. [cuneiform]. [cuneiform] = 1^1. 2^1. 3^2. 1^3. Itaque legem perspexeris, ex qua literae singulis classibus adscriptae mathematice disponi suosque in ordines diuidi debeant. Scilicet:

1) Quod cuneos literarum initiales attinet, procedendum ab 1 ad 2 et 3, hinc redeundum ad 1, quoad fieri possit. Sin inter literas 36 datas desit aliqua a tribus cuneis incipiens, opus erit post 2 iam redire ad 1. Deficiente vero litera duorum initialium, pergas ab 1 ad 3.

2) Eadem consecutio teneatur in cuneis secundariis atque tertio loco positis, quare e. g. post [cuneiform] ponatur [cuneiform], post [cuneiform] vero [cuneiform] et sic porro.

3) Quum classes sic se excipiant: I. [cuneiform], II. [cuneiform], III. [cuneiform], IV. [cuneiform]; combinationes cunei [cuneiform] cum [cuneiform] praeferri debent reliquis. Ex arte enim combinatoria cuneus primus [cuneiform] proxime coniungitur cum secundo [cuneiform]; hinc cum tertio [cuneiform], exhaustis combinationibus [cuneiform] et [cuneiform]. Itaque post [cuneiform] poni debet [cuneiform], post [cuneiform] vero [cuneiform], post [cuneiform] quidem [cuneiform]. Omnino enim cunei diuersi deinceps combinantur cum cuneis proxime sequentis classis.

4) Sin desit inter literas 36 nostras combinatio classium quaedam post literam certam ponenda, transeas ad combinationem proximam. Sic post [cuneiform] et [cuneiform] expectatur [cuneiform], qua combinatione plane caret scriptura cuneoformis Persarum. Hinc ergo transeundum a [cuneiform] ad [cuneiform], quia [cuneiform] combinatio inter vtramque media deest. Item post [cuneiform] sumendum [cuneiform], quoniam auctor huius alphabeti combinationem primae classis cum prima neglexit.

5) De quarta classe [cuneiform], quae itidem, excepta litera [cuneiform], cuneis tantum secundae et tertiae classis combinatur, eaedem valent leges.

Vniuerse quidem in combinationibus nostris procedere oportet a simplici ac facili ad difficile atque compositum. Hae sunt leges, ex quibus literae cuneoformes nostrae continua serie enumerari suosque in ordines diuidi queunt, vti sequens tabula docet.

I.	II.	III.	IV.	I.	II.	III.	IV.
1	9	15	19	21	24	27	31
2	10	16	20			28	32
3	11	17					33
4	12	18		22	25	29	34
5	13						
6	14						
7				23	26	30	35
8							36

Iam demonstrandum est, hac in tabula nullam literam alio loco recte poni posse. Primo quidem quaeramus huius alphabeti initium, literam dicimus primae classis primam, nimirum

simplicissimam. Quae constet necesse est e cuneo simplici primae secundaeque classis (—Y). Quare selectio erit solas inter tres: —Y<, —YYY, —Y≡. Itaque, quum —Y< reliquis simplicior sit, neque quatuor cuneis vel quinque constet vti —YYY et —Y≡, neque cuneos pares repetitos contineat; claret, —Y< alphabeti cuneoformis primam fuisse literam. Huc facit, quod in —Y< litera omnes sunt cunei, quibus scriptura cuneoformis Persica constat, eodem ordine coniuncti, quo quatuor literarum classes sese excipiunt. Hinc —Y< ipsa pro classium disponendarum indice sumi potest. Ceterum —Y< pro sono suo sane quadrat alphabeti antiqui initio, quippe א literae. Bene enim Burnouf alias vias ingressus vidit, —Y< sonuisse h, vt spiritus Graecorum lenis. Itaque —Y< = א, maxime quum praecedat b (2) et c (tsch 3) in tabula nostra combinatoria, haud dubie incepit alphabetum, quod abs א, ב, ג = a, b, c inciperet, vt infra videbimus.

Post —Y< poni debet litera, quae primo loco binos primae classis cuneos contineat, secundo autem vnam proximae classis. Cuius naturae est solummodo =Y. Etenim =YYY minus simplex cernitur, atque cuneos —YY sequi deberet. Literam =Y insequi non potest, nisi ≡YY, quoniam post = constanter ≡, post Y vero YY sequi debeant. En tres literas primas antiqui Persarum alphabeti, legibus artis combinatoriae erutas: —Y<, =Y, ≡YY.

Complexum ≡YY suscipiat —YYY necesse est, quia propter defectum quatuor cuneorum (≡) nouus ordo abs — incipi atque post YY sane YYY poni debent.

Iam exhaustis combinationibus —, =, ≡ cum cuneis secundis Y, YY, YYY, agitur combinatio primae classis cum tertia <. Quare literae —YYY proxima erit =<. Huic succedunt eadem ex lege litera ≡<— et, quum combinatio inter vtramque media quippe —<= careat, litera —<≡.

Post —<≡ expectatur =<Y, quod desideratur; quare sequi debet =YYY. Quum enim combinatio primi cunei cum tertio per ordinem hunc finita sit, sequitur iterum, coniunctio — cum Y, atque post literam abs vno cuneo incipientem —<≡ poni debet litera a duobus incipiens, ergo =YYY, quae sola inter reliquas huius classis literas duobus a cuneis incipit.

Itaque patet, has octo primae classis literas accuratissime inter se cohaerere, ita vt nulla, saluis legibus combinatoriis, transponi aut negligi possit.

Restant tres —<<, ≡Y, —Y≡ seriei nostrae adhuc adiungendae. Quum =YYY litera octaua finiretur tribus cuneis secundae classis; nonam habebimus literam cuneis primae et tertiae classis constantem, ergo —<<. Cunei enim YYY docent combinationem — cum Y exhaustam. Post —<< expectatur =<<<, quae deest; quare ≡Y proxima litera abs —<< erit, vltima ergo —Y≡ hac in classe. Etenim ab vno cuneo initiali pergendum ad literam duobus tribusue initialibus instructam, atque combinationem — cum < excipit coniunctio — cum Y. Quas ob causas post —<< litera ≡Y, hinc —Y≡ poni debent.

Quod literas has: —<<, ≡Y, —Y≡ attinet; clarum est, eas neque inter se, neque

cum octo prioribus satis cohaerere. Etenim literae priores constanter ab [cuneiform] ad [cuneiform] et [cuneiform] pergunt, quod non cadit in [cuneiform]. Quas ob causas literae [cuneiform], [cuneiform] et [cuneiform] segregari a serie octo primarum, imo singulari in columna comprehendi debent. Quumque inter [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] deficiant combinationes solitae; iuuabit trinas has literas in columna ad secundum systema spectante ita disponere, vt trini illi ordines lineis distincti vnam quisque tueatur. Ceterum claret, quod quatuor nostras literarum classes duo in systemata distinximus, eo omnes literas cuneoformes quadrato comprehendi, cuius latera octo partibus constent, numero inquam apud veteres maxime Persas sacrosancto. Videamus nunc de serie literarum secundam classem spectantium.

Quum [cuneiform] proxime cum [cuneiform] simplicissime coniungi deberet, vti dictum; sequitur, primam secundae classis literam fuisse aut [cuneiform] aut [cuneiform]. Quum vero [cuneiform] totidem cuneis atque [cuneiform] prima primae classis litera constet cuneumque in fine contineat superfluum, quae nulla in litera huius classis alia continuetur, vti [cuneiform] in [cuneiform]; patet, secundae classis caput fuisse [cuneiform]. Sequentes literae [cuneiform] et [cuneiform] sese excipiunt vti 1^1 et 1^2, qua in re item conueniunt cum literis primae classis iuxta positis. Itaque primae, secundae et tertiae vtriusque classis literae pari ratione sese excipiunt. Ceterum noli putare, primam huius classis literam fuisse [cuneiform]. Nam [cuneiform] separari abs [cuneiform] nequit, quia [cuneiform] et [cuneiform] sese excipiunt vti 1 et 2; atque [cuneiform], [cuneiform] literis [cuneiform], [cuneiform], quippe simplicioribus, non praemitti sed subiici debent.

Post primi ordinis literas [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] expectatur [cuneiform], quae deest. Quare quaeri debet combinatio [cuneiform] cum cuneo primae classis, cuius generis sunt [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform]. Quum [cuneiform] tantum respondeat quartae literae ([cuneiform]) primae classis, quemadmodum [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] complexibus [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform]; quumque duos cuneos aequales in [cuneiform] sequi debeant tres cunei primae classis: dubitare non licet, quartam huius classis literam fuisse [cuneiform].

Quum post [cuneiform] sequi debeat [cuneiform]; proximas literas habemus [cuneiform] et [cuneiform], quibus ordo numericus 1, 2 inest.

Iam supersunt tres literae [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform], quas ipso hoc ordine adiicere fas est. Etenim post initiales tres cuneos in [cuneiform] sequi debet [cuneiform], post secundarium [cuneiform] in [cuneiform] vero [cuneiform], ergo [cuneiform] post [cuneiform] post [cuneiform]. Ceterum hae literae tres secundo in systemate iuxta literas 21, 22, 23 ponendae sunt. Priores enim sex literae vno tantum a cuneo incipiunt, quare auctor litera [cuneiform] aliud genus innuere voluisse videtur. Etiam symmetriae gratia tres huius classis literae secundum ad systema referri debent.

De tertiae classis complexibus sumsimus [cuneiform] pro prima litera, quoniam haec sola tres cuneos aequales cuneo initiali adiungit atque cuneo finali redundat, vti [cuneiform] et [cuneiform] primae secundaeque classis capita. Quum enim nulla sit huius classis litera literae [cuneiform] similis, quae pro [cuneiform] contineat [cuneiform]; admodum probabile videtur, huncce cuneum finalem classis initium significare, vti [cuneiform] in [cuneiform] et [cuneiform] in [cuneiform] et [cuneiform] in [cuneiform]. Eodem faciunt sequentes literae.

Etenim post [cuneiform] cum [cuneiform] combinatum sequi debet [cuneiform] cum cuneo primario coniunctum, cuiusmodi sunt literae [cuneiform] et [cuneiform], abs 2 ad 3 pergentes.

Post [cuneiform] ponenda est [cuneiform] variis de causis. Primo enim combinationem [cuneiform] cum [cuneiform] sequi debet [cuneiform] vel [cuneiform] potius, quoniam [cuneiform] in [cuneiform] progressionem abs 1 ad 2 requirit; deinde vero cuneus [cuneiform] adiunctus initium noui indicat ordinis, qui sane post [cuneiform] incipit. Idem nempe diacriticum infra habebimus in [cuneiform] et [cuneiform]. Qui pro [cuneiform] ponere maluerit [cuneiform] post [cuneiform]; profecto [cuneiform] in [cuneiform] superuacaneum habebit atque [cuneiform] abs [cuneiform], quae arctissime cohaerent, diuellere debebit. Sin pro [cuneiform] poneretur [cuneiform] post [cuneiform], careret combinatio [cuneiform] cum [cuneiform]; atque [cuneiform], quod per diacriticum suum ordinis noui initium indicat, falsum locum subiret. Itaque dubitari nequit, post [cuneiform] debere [cuneiform] collocari.

Reliquae huius classis literae [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform] arctissime inter se cohaerent. Videbis cuneum [cuneiform] secundum leges praescriptas recte deinceps combinari cum [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform]; et cuneos secundarios procedere ab 1 ad 2, atque ab 1 ad 3. Praeterea [cuneiform] diacriticum habet pro initio noui ordinis. Quas quidem ob caussas quatuor hae literae coniunctim referri debebant ad systema tabulae nostrae secundum, ita quidem, vt [cuneiform] et [cuneiform], quum arctius nexae sint, eidem ordini adscriberentur.

Quod quartum genus attinet, [cuneiform] prima est litera. Etenim [cuneiform] cuneum finalem, quo ordinis initium innuitur, habet atque simplici a cuneo cuneis proximae ab ea classis imposito incipit.

Literam [cuneiform] recte sequitur [cuneiform], quia [cuneiform] atque [cuneiform] cohaerent vti 2 et 3. Sane hanc ob causam [cuneiform] pro [cuneiform] sumi possit; at signo [cuneiform] auctor haud dubie cuneum etiam duplicem [cuneiform] innuere voluit, quare cunei initiales quoque [cuneiform] et [cuneiform] numerice progredi videntur. Ceterum [cuneiform] ab [cuneiform] sibi simillimo diuelli haud potest.

Quum cuneum [cuneiform] sequatur [cuneiform], hunc vero [cuneiform] claret post [cuneiform] poni debere [cuneiform] h n c, deficiente [cuneiform], literam [cuneiform].

Reliquae alphabeti cuneoformis literae [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform], [cuneiform], quod in oculos incurrit, arctissime inter se cohaerent, ita vt cunei impositi procedant vti 1, 2, 3, 1; submissi vero vti 2, 3.

Ceterum sex literae vltimae, quum [cuneiform] post [cuneiform] posita nouam combinationem incipiat, literisque cum sequentibus arctius cohaereat, alterum ad systema referri debent. Quod iam analogia suadet. Quum enim tres cuneorum complexus primae secundaeque classis, hinc quatuor classis tertiae altero in systemate poni debuerint; par est eodem referre sex literas quartae classis. Quae literae 16 altero in systemate dispositae miro sane modo imaginem trium prae se ferunt cuneorum, quorum fines versus cuneum maiorem reliquis literis delineatum dirigantur. Ceterum haec duo literarum systemata recte diuisa esse, docet consecutio cuneorum a classe quadam ad proximam. Sic post [cuneiform] sequi debet [cuneiform], quia cuneos [cuneiform] excipere debet [cuneiform]. Item post [cuneiform] ponendum [cuneiform], quia post [cuneiform] sequi debet [cuneiform] pro or-

dine classium. Et sic in reliquis. Licet profecto quaerere, cur auctor alphabeti cuneoformis has literas ita disponere studuerit, vt adeo singularis oriretur figura, quae literae 𐎹 (z) siue 𐎼 (r) transuersae similis videtur. Quid vero respondeamus, nescimus. Certe claret, literas nostras contineri quadrato octo partibus longo latoque. Porro patet, hocce quadratum constare tum systemate duplici, tum partibus duabus inaequalibus, quarum altera 13 literas, altera 23 continet. Denique apparet, systema vtrumque diuidi tres in ordines, quorum primus sinistra in parte continet 12 literas, secundus 8, tertius 3. En numeros Persarum veterum sanctos ac diuinos, qui, cum comprehenduntur, numerum literarum antiquarum ab א *α* vsque ad ת *τ* et V *υ* exhibent, numerum dico 23. In quo iam subsistamus. Nunc enim opus erit nostra cum literarum serie seriem literarum Neopersicarum comparare.

§. 2. *Series literarum cuneoformium 36 comparata cum Neopersicis 36.*

Alphabetum Neopersicum parum differre ab Arabico, nemo nescit. Quare credunt, alii, literas Persicas ex Arabia prodiisse; alii, historicis argumentis freti, alphabeti Arabici patriam esse Syriam, quae antiquitus veterem Persarum scripturam, quippe Pehluicam in vsu habuit. Vtut sit, sequitur e scriptura coneoformi, Persas antiquitus literis 36 orationis suae sonos distinxisse, quot sunt literae Neopersicae. Quam ob causam dubitare non licet, quamuis literam Neopersicam cuneoformi cuidam respondere. Apprime huc facit, quod alphabetum Neopersicum vberius est Arabico; ex quo colligitur, Persas de consilio alphabetum Arabicum literis aliquot auxisse, vt totidem nouas haberent literas quot antiquas. Iam vero constat, literas Neopersicas etiam pro numeris adhiberi. Quare facile erit, seriem literarum apud Persas recentiorem cum antiquiore ipsorum, nimirum cuneoformi comparare. Ante omnia tenendum, alphabetum Neopersicum conuenire literis 22 vel 23 Hebraicis antiquis. Literae enim Neopersicae 23 primae respondent Hebraicis non solum pronunciatione atque numerali valore, sed etiam figura. Ex quo patet, alphabetum Neopersicum duabus partibus constare, literis inquam 23 genuinis Hebraeorum, Graecorum, Latinorum aliorumque ab א *α a* vsque ad ת *τ*, *υ v* procedentibus, atque literis 13 diacriticis, quae nonnisi punctis differunt a genuinis, veluti پ a ب. Itaque habemus duplicem literarum Neopersicarum seriem, quae comparetur cum alphabeto Hebraico ipsique affinibus.

Hebraicarum		Neopersicarum I.			Neopersicarum II.		
figura	valor	figura	valor	pronunciat.	figura	valor	pronunciat.
א	1	ا	1	Spir. len.	آ ـَ	—	a
ב	2	ب	2	b	پ	—	p
ג	3	ج	3	dsch	چ	—	tsch
					خ	600	ch

Hebraicarum figura	valor	Neopersicarum I. figura	valor	pronunciat.	Neopersicarum II. figura	valor	pronunciat.
ד	4	د	4	d	ذ	700	ds
ה	5	ه	5	h	—	—	—
ו	6	و	6	w	—ُ	—	o
ז	7	ز	7	z	ژ	—	sch
ח	8	ح	8	h	—	—	—
ט	9	ط	9	t	ظ	900	z
י	10	ي	10	j	ِـ ي	—	i
כ	20	ك	20	k	گ	—	g
ל	30	ل	30	l	—	—	—
מ	40	م	40	m	—	—	—
נ	50	ن	50	n	—	—	—
ס	60	س	60	s	—	—	—
ע	70	ص	70	s	ض	800	z
פ	80	ع	80	a	غ	1000	g̃
צ	90	ف	90	f	—	—	—
ק	100	ق	100	k	—	—	—
ר	200	ر	200	r	—	—	—
ש	300	ش	300	sch	—	—	—
ת	400	ت	400	th	ث	500	s
V					وُ	—	u

Quae comparatio nemini non persuadebit, literas Neopersicas cum Hebraicis fere plane congruere. Differunt enim haec alphabeta nonnisi in sequentibus.

1) Quum omnibus in alphabetis numeralibus ipsoque in Arabico צ sequatur post literas ע פ [3]); clarum est, Persas nescio quo tempore quasue ob causas genuinum literae צ

---

3) De Sacy Grammaire Arabe Pl. VIII. coll. p. 9., vbi ex vsu aliorum hae literae sic se excipiunt ص 70, ع 80, ف 90, ق 100 = צ ע פ ק.

locum mutasse. Quae mutatio vim habuit etiam in literarum diacriticarum ordinem. Praecedit enim ض 800 literam غ 1000, quae secundum alphabeta cognata post ض poni debuisset.

2) Post literam ت = ת Persae antiquitus singularem quandam habuerunt vocalem *uv*, quam serius وْ scripserunt. Vidimus enim eandem vocalem Saturno sacram adfuisse in alphabeto primaeuo septem vocalibus instructo, quam conseruarunt alphabeta cognata Etruscum, Latinum, Graecum aliaque, scilicet V *Y*[4]). Quam vocalem initio Hebraeis quoque communem fuisse, docent Psalmi alphabetici, post ת literam פ adiicientes, atque mutatio ו = f = ף in ו = u. Etenim nullo in alphabeto Hebraici cognato reperitur vocalis *u* ante ו. Ipsi Persae serius demum vocalem alphabeti finalem neglexisse atque cum و coniunxisse videntur, quoniam numerum 500 litera ث expresserunt. Quum enim ت haberent pro 400 atque غ pro 1000; literam ث, seriorem litera غ, pro 1000 adhibere debuissent. Sin ت = 400 vltima alphabeti litera fuisset, certe primas literas diacriticas, non vltimam subiunxissent ad numerum 500 exprimendum. Diacriticae enim literae in vniuersum eodem ordine sese excipiunt atque genuinae. Neque huic obstat, quod diacriticae literae non omnes pro numeris adhibentur, quodque ض = צ cum ط ט similiter sonante commutatum est.

3) Denique literae Neopersicae nonnullae pronunciatione differunt ab Hebraicis, maxime diacriticae. Scilicet Persae, quum initio solis alphabeti antiqui literis scriberent, subinde easdem literas aliis in vocabulis paullo aliter pronunciare coeperunt. Sic nos quoque, si accuratius pronunciationem ad nostram animum aduertas, paullo aliter pronunciamus g in Gunst quam in Sage. Hinc ortae sunt literae Persarum diacriticae. Nimirum literas pares sono paullulum discrepantes punctis diacriticis distinxerunt. Hae quidem literae pares, vti ط ظ, ت ث diacriticis distinctae, sonos inter se simillimos expresserint necesse est. Fieri non potuit, vt e. g. ط et ظ sonarent vti t et z. Alioquin diacriticum · fuisset superuacaneum atque ظ potius ص vel ض scribi debuisset. Veteres enim omnes non ad leges grammatices, sed vsui vulgari accommodate scripserunt. Hinc Persae ת = ت literam, vbi s sonaret, non ث scripsissent, sed litera س expressissent. Ex quo sequitur, literas diacriticas a genuinis suis nuspiam adeo discrepare potuisse, vt reliquarum literarum sonos veluti fines subirent. Iam haec est lex, ex qua literae Persarum diacriticae pariter atque genuinae Hebraicis cognatae iudicari debeant.

پ, quod nunc p pronunciatur, initio lenius sonuerit, necesse est. Alioquin Persae pro پ scripsissent ف = פ. Imo پ, cum ex ב = β = b = ب ortum sit, ab eo discrepare non potuit adeo, vt fines literae פ intraret.

---

4) Vid. Operis huius fascic. VI. Unser Alphabet ein Abbild des Thierkreises cet. Lips. 1835. Tab. I.

ج et چ nunc *dsch* et *tsch* sonant ad instar Italici *c* et *g* ante *i*. At vtraque litera, quum ex ג = γ prodierit, initio *dsch* et *tsch*, quae naturam literarum ז et צ redolent, valere non potuit. Imo quemadmodum Italorum *g* et *c* serius demum ad *dsch* et *tsch* abierunt, ita Persarum quoque ج et چ. Probabile est, ج et چ initio sonum *g* tenuisse, siue nostro in Gunst, siue in Sage. Quum vero ea sit linguarum indoles, vt subinde literas duriores mutet in leniores[5]; iudicandum, چ initio sonum *g*, nostro Sage proprium, expressisse, neutiquam vero *tsch*. Quod literam خ attinet nunc *ch* pronunciatam, ea sonum genuinum melius sibi seruauit, si habeatur pro litera ex ج oriunda. Nolumus tamen repugnare sententiae eorum, qui خ pro diacritica litera ح = ח habere maluerint.

ذ ex د = ד oriundum initio δ Graecorum hodiernum expressisse videtur, quippe δ illud, quod naturam vernaculi *d* nondum exuerit.

ژ quum ad ز = ז pertineat, non potuit initio purum putumque *sch* significare, cui ش = ש inseruiebat; imo sonum *ds* = ز similem retinuerit necesse est.

ظ ex ط = ט oriundum literae ض = צ initio aequale fuisse, nemini persuadebitur. Quare putamus hoc simile fuisse ϑ Graecorum hodierno, quod non ita multum a genuino ט sono recesserit.

ص et ض respondent Hebraico צ, quare ص initio non *s*, cui س = ס inseruiebat, valere potuit, sed sonum literae ض *ts* similem, forte *ds*.

ع et غ pronunciantur nunc *a* et g̃, ex quo sequitur, ع quoque initio durius sonuisse. Neque vero negamus, literas ا = א, ه = ה, ي = י, ع = ע, و = V, quae vocales sunt cognatis in alphabetis, apud Persas quoque nunc vocales, nunc quasi consonas significasse.

ف initio non merum f, literis و = ו = ϝ exprimendum, valuisse, verosimillimum est. Facillime vero ف = פ abire potuit ac debuit in *ph*, hinc in *f* = φ.

ث denique, quum ex ت = ת = τ prodierit, initio sonare non potuit *s*, quem ad sonum exprimendum litera س = ס aderat. Quare ث siue *th* Anglicum siue ϑ Graecorum expresserit, fines literae ת = t excedere non potuit.

Praemonitis his iam facile erit, alphabetum Neopersicum cum cuneoformi comparare atque quibus literis singulae responderint demonstrare. Tenendum, literas Persarum diacriticas non ita multum initio discrepasse abs genuinis suis. Diacriticae vniuerse paullo lenius sonuisse videntur genuinis, neque tamen ita, vt alius literae alphabeto propriae potestatem subissent. Itaque comparatio alphabeti Neopersici cum cuneoformi sic se habet. Literae adscriptae Latinae ad cuneoformium pronunciationem vulgarem spectant.

---

5) Vide auctoris librum: De sonis literarum Graecarum Lips. 1824. p. 208. 224.

	Alphabetum antiquum.					Literae diacriticae.		
Class.	I.	II.	III.	IV.	I.	II.	III.	IV.
Ordo 1.	1 = א ا [cuneiform] = ’h	4 = ד د [cuneiform] = ds	7 = ז ز [cuneiform] = ?	10 = י ي [cuneiform] = i	12 = ל ل [cuneiform] = l	36 = תֿ ث [cuneiform] = th	36 = עֿ غ [cuneiform] = q	34 = צֿ ض [cuneiform] = sh
	2 = ב ب [cuneiform] = b	5 = ה ɤ [cuneiform] = ?	8 = ח ح [cuneiform] = h	11 = כ ک [cuneiform] = g			33 = כֿ ݣ [cuneiform] = kh	32 = יִ [cuneiform] = i
	3 = ג ج [cuneiform] = tsch	6 = ו و [cuneiform] = f	9 = ט ط [cuneiform] = dh					31 = טֿ ظ [cuneiform] = d
Ordo 2.	13 = מ م [cuneiform] = m	16 = צ ص [cuneiform] = ç	19 = ק ق [cuneiform] = g		20 = ר ر [cuneiform] = r	30 = זֿ ژ [cuneiform] = z	29 = ו ُ [cuneiform] = u	28 = דֿ ذ [cuneiform] = t′
	14 = נ ن [cuneiform] = n	17 = ע ع [cuneiform] = h. y?						[cuneiform] = fin.
	15 = ס س [cuneiform] = gh ?	18 = פ ف [cuneiform] = m̃						
Ordo 3.	21 = ש ش [cuneiform] = dsch				23 = V و’ [cuneiform] = w	27 = זֿ خ [cuneiform] = k	26 = זֿ چ [cuneiform] = gh	25 = בֿ پ [cuneiform] = b. p.
	22 = ת ت [cuneiform] = t							24 = אֶ أ [cuneiform] = a

Summa 12 + 8 + 3 = 23 + 13 = 36.

Hanc literarum Neopersicarum cum cuneoformibus comparationem non esse arbitrariam ac proteruam, duobus verbis demonstrare licet. Et primo quidem claret, [cuneiform], quum prima sit primae classis litera, comparari debere cum prima litera Neopersica, quippe ا = א. Deinde non absonum fuisset a litera cuneoformi 3. pergere ad 13. At alphabeti auctor ordinum trium literas comprehendere maluit, ita vt ab [cuneiform] ad [cuneiform] et [cuneiform], hinc ad secundam classem pergeret et sic porro vsque ad initium systematis secundi. Tribus illis in ordinibus numeros 12, 8 et 3 Persarum sacrosanctos, quippe duodecim diis maioribus, octo Cabiris atque Triadi zodiacali respondentes contineri, supra dictum. Quod alterum attinet systema, literas 13 diacriticas continens, auctor ab vltima litera cuneoformi ad primam adscendit. Scilicet [cuneiform] plane opposita est litera [cuneiform], quare literarum diacriticarum series contrario modo comparari debet cuneoformibus. Itaque altero in systemate progrediendum ab [cuneiform] ad literam superiorem proximam, hinc ad sinistram proximam et sic porro per ordines datos. Quem ad modum literae primi systematis pergunt a sinistra ad dextram, ita in altero systemate a dextra sinistram versus.

Denique pro nostra literarum Neopersicarum cum cuneoformibus comparatione loquitur res ipsa. Apparet enim, tribui literis cuneoformibus sonos eos, quos ipsis tribuerunt lucubrationes Grotefendi, Raskii, Münteri, St. Martinii, Burnoufii, Lassenii, Beerii; si a paucissimis discesseris. Non sunt enim nisi duae literae, si verum dicere licet, quas nostra combinatio aliter pronunciare iubeat, quam illi; nimirum [cuneiform] = س ס atque [cuneiform] = ف פ, quas illi *gh* et *m* pronunciandas putarunt. De reliquis literis cuneoformibus decem sunt, quae non ita multum aliter pronuncientur. Nimirum Burnouf, Lassen aliique ad sonos literarum cuneoformium eruendos adhibuerunt literas Zendicas, quarum de pronunciatione nondum satis constat, atque Sanscriticas, quarum potestas tot saeculis constare sibi non potuit. Hinc mirari non licet, nunc rectius pronunciari posse literas potissimum sequentes:

[cuneiform] =	א ا,	quod habuerunt pro	ʾh.
[cuneiform] =	ד د,	- - -	ds.
[cuneiform] =	צ̈ ض,	- - -	sh.
[cuneiform] =	כ ك,	- - -	g.
[cuneiform] =	ג ج,	- - -	tsch.
[cuneiform] =	ט ط,	- - -	dh.
[cuneiform] =	ט̈ ظ,	- - -	d.
[cuneiform] =	צ ص,	- - -	ç.
[cuneiform] =	ד̄ ذ,	- - -	t.
[cuneiform] =	שׁ ش,	- - -	dsch.

Praeterea combinatio nostra duas literas in lucem protraxit, scilicet [cuneiform] = ז ژ et [cuneiform] = ח ه, quarum de pronunciatione, cum rarissime occurrerent, nihil certi poterat inueniri. Ceterum nobis persuasissimum habemus, placita nostra serius ocius euentu comprobatum iri. Sane multis nouum et inauditum videbitur, Persas antiquos alphabetum habuisse arte combinatoria inuentum; quid vero contra moneri possit, nos quidem non videmus. In oculos incurrit, literas solas [cuneiform] = א, [cuneiform] = ב, [cuneiform] = ג, [cuneiform] = מ, [cuneiform] = נ, [cuneiform] = ס, esse seriem combinatoriam, ex qua nullum membrum eiici vel commutari cum alio queat. Sin duobus in alphabetis innumeros in modos mutabilibus vel sex literae pari ordine sese excipiant; concedendum, eiusmodi alphabeta inter se cognata esse. Quid? quod reliquae literae eodem ordine se excipiunt. Hinc vtique sequitur, alphabetum cuneoforme comparari posse iam Neopersico atque Hebraico genuino ipsisque illustrari debere.

Quaeritur autem, vtrum inscriptiones quoque nobis assentiantur, nec ne. Itaque iuuabit nomina propria aliaque vocabula nonnulla, quantum nobis licet, adire. Quibus examinandis clarius reddatur, vbi Lassen et Burnouf, qui nostra aetate maxime omnium bene meruerunt de literatura cuneoformi, inter se discedant, quis rectius literas pronunciauerit.

§. 4. *Examinatio alphabeti cuneoformis combinatorii.*

In promtu habemus 33 nomina propria, quae maxime faciunt ad pronunciationem literarum cuneoformium stabiliendam.

1) Alabastrum celeberrimum Persico-Aegyptiacum Parisiis asseruatum, quod saepius vitiose discripserunt, exhibet iuxta cuneoformes inscriptionem hieroglyphicam hanc: [hieroglyphs], qua continentur secundum Hebraicum Persicumque alphabetum hae literae[5]: magnus rex Xerxes

وتا هت كزعرزع

אתV=אתוֹ הת כזערזע

Vocabula nomini Xerxis adiuncta respondent Copticis ϩⲟⲩⲓⲧ huit *princeps* atque ⲟⲩⲟⲟⲧⲉ wôte *eximius, excellens.* Etenim [hieroglyph] significat *t* in nomine Amyrtaei hieroglyphico atque passim pro literis *t* sonantibus reperitur, veluti [hieroglyph] et [hieroglyph]. Vocabulum [hieroglyph] quidem saepius reperitur annulo regio inclusum, vti in stele Traiani Parisina, quae Graece scripta solum hunc annulum hieroglyphicum pro titulo habet[6]. Ex quo patet, [hieroglyph] partim vocabulum singulare fuisse, partim regium vere titulum expressisse. Iam alabastrum Pari-

5) Vide Tabulam adiunctam IV.

6) Vid. Bibl. Aeg. MS. no. 3325.

sinum sub hieroglyphicis has literas cuneoformes exhibet: [cuneiform], quibus respondent Persicae Hebraicaeque sequentes:

كصعرضء فه وزرخ

כְּצְעַרְצָּ נה וְזרג = Vזרג

h. e. *Xerxes rex magnus* ex translatione Grotefendi aliorumque. Itaque haec inscriptio probat, literas cuneoformes ك, ض et ع vtique respondere Aegyptiacis ك, ز, ع.

2) Darius, *Δαρειος* multis in monumentis sic scribitur: [cuneiform] = طَرعُوض = טַרעוֹצ proprie טַרעוּצ. Quo ex nomine primum intelligitur, literas diacriticas omnino lenius sonuisse genuinis, vti dictum. Nam ط exprimit *δ*, atque ض Graecorum *σ*, pariter atque in Xerxes. Litera [cuneiform] = ع ע, proprie *gh*, quae in nomine Xerxis vocalem [cuneiform] producere tantum videtur, hic fere in *j* vernaculum abiit.

3) Hystaspes, *Ὑστασπης*, antiquitus Gustasp appellatus, scribitur sic: [cuneiform] h. e. כְּצְתַצְבַּהע = كِضتَضبِحع. Vnde claret, literam cuneoformem ك a Graecis h, ض vero *σ* redditam fuisse. Etiam hoc in vocabulo ع videtur *a* producere. Ceterum Burnouf [cuneiform], quod Lassen pro *v* habuit, rectius *g* pronunciauit, perperam vero [cuneiform], proprium Persarum ي, vti *o*.

4) Nomen Achaemenidarum, *Ἀχαιμενιδαι*, exprimitur sic: [cuneiform] = חַכְּמַנְצ = حكَّمَنِض. Ergo hic ك et ح abierunt apud Graecos in *χ* et spiritum lenem.

5) Ormuzdi nomen sic se habet: [cuneiform] = אורמזט = أورمزطء, quare ز et ط literis *z* et *d*, vti supra, respondere cernuntur.

6) Cyrus, *Κυρος*, כּוֹרֶשׁ, كورش, ܟܘܪܫ exprimitur literis [cuneiform] = עולוצ = غُلُض. Quo nomine primum confirmatur significatus literae [cuneiform] = غ, quam Burnouf haud male *q*, Lassen vero perperam *a* pronunciant. Vtique غ, quum exprimeret *g* gutturale, a Graecis, Hebraeis aliisque reddi poterat literis *k* כ ك. Deinde vero claret, Persas veteres litera *l* non caruisse, quippe [cuneiform], vt recte Burnouf vidit. Lassen quidem [cuneiform] pro *sch* habuit. Quod quidem literarum *l* et *r* commutationem in nomine Cyri attinet, tali dialectorum varietate, frequentissima in Asia, nemo offendetur. Quare facillime idem rex alias Cyrus, alias Culus pronunciari potuit.

Iam sequuntur populorum nomina in Niebuhriana inscriptione commemorata, quorum auxilio Lassen multas literas cuneoformes definiuit. Nimirum Herodotus III. 90. memorat 20

Satrapias, Persis tributarias. Quas inscriptio Niebuhriana no. I. eodem fere ordine enumerat, scilicet hoc:

7) [cuneiform] = בָּרְס = بَرس h. e. Persia vel Persi. Hic پ duriuscule sonuisse videtur, ص vero iusto lenius, vnde Graecorum *Περσις*.

8) [cuneiform] = אוו = او haud dubie *Χαυων* = Chawon (*χωρα της Μηδιας*), etiam *Χοαυα* appellata. Nimirum literae *uw* celeriter pronunciatae sonum literae *q* similem efficiunt, quem Graeci litera *χ* exprimere potuerunt ac debuerunt. Recte Lassen [cuneiform] pro *w* habuit, male Burnouf pro *i*. Hoc quidem vocabulo primum probatur, [cuneiform], quod pro serie nostra combinatoria literae א respondet, vere *a* valuisse, vti Burnouf, qui [cuneiform] pro spiritu leni *h* habuit, iam vidisse videtur. Lassen quidem huic signo tribuit sonum ñg, quoniam *v* in *Χαυων* et *Χοαυα* (*χωρα*) pro radicali haberet. At patet, vocabulum *Χοαυα* esse adiectiuum pariter atque *Ἀριανα*, qua in terra teste Stephano B. *Ἀρειοι* habitarunt.

9) [cuneiform] = מַט = مَظ haud dubie Media, vulgo מָדַי. Hinc recte ظ lenius quam ט ط sonuisse cernitur, neque vero ẓ siue *ts*.

10) [cuneiform] = בַּבְלַץ = بَبلَض Babylon, siue Babylonia. Miro modo Lassen his de literis extricauit vocabula *Bab Schus* h. e. Susam capitalem Babyloniae; quippe litera [cuneiform] pro *sch* habita seductus. At combinatio literarum cuneoformium clare docet, [cuneiform] respondere literis ל ل, vti recte vidit Burnouf.

11) [cuneiform] = אַרְבַּע = أَربَع forte Arabia. Vtique huic sententiae obstat, quod Herodotus aliique tradunt, Arabes non tributarios fuisse Persis. At quaeritur, num inscriptio nostra contineat catalogum solum terrarum a Persis expugnatarum. Desunt enim huius generis terrae, vti Aegyptus, Palaestina, Phoenicia. Etiam fieri potuit, vt Arabiae pars saltem tum seruiret Persis, vel Ormuzdum coleret, pariter atque reliquae terrae hic commemoratae. Saltem Lassen perperam his literis extricauit nomen Arbelae. Deest enim l atque Arbela pertinuit ad Assyriam, quam inscriptio nostra statim post memorat. Si nostram sententiam dicere licet, literae أَربَع Aramaeam significant. Desideratur enim haec terra atque facillime, pro dialectorum varietate, *m* in Aramaea *b* pronunciari potuit, quod exemplo comprobabitur infra.

12) [cuneiform] = אַדְרָ = أَدرَ Assyria. Facillime enim *d* et *s* dialectice inter se permutantur. Vtique veteres pro Assyria etiam *Ἀτουρια* scripserunt. Ceterum hoc ob nomen Lassen literae [cuneiform], quam Burnouf peius y pronunciari iussit, sonum ζ tribuisse videtur.

13) Post Assyrios inscriptio nostra memorat populum [cuneiform]

[cuneiform] = סוּטַרְעַט = سُطَرِعظ, quem Lassen, [cuneiform] pro *gh* habendo, Kurdos dixit. At vero huic sententiae iam obstat id, quod [cuneiform] finale redundet. Deinde cum scriptum sit *t* ante *r*, statuendum foret, Persas Curdos appellasse Cudros. Porro Herodotus neutiquam memorat Curdos suo in gentium catalogo, imo terram Daritarum, serius Atrapenen vocatam. Denique [cuneiform] nullo pacto pro *gh* haberi debet secundum tabulam nostram combinatoriam. Pro litera enim [cuneiform] nullum habebis locum per totam tabulam nostram, si non post [cuneiform]. Quum enim praecedat [cuneiform]; sequi debet ex legibus combinatoriis [cuneiform], hinc [cuneiform] hinc [cuneiform]. Iam cum [cuneiform] et [cuneiform], in quo omnes consentiunt, valeant ם et נ; claret sequi debere ס = [cuneiform]. Quas quidem ob causas nos quidem vocabulum illud interpretamur *Su-Daritae*, regio Daritarum. Etenim [cuneiform] = סוּ respondet Neopersico سو *regio, versus, contra;* quare etiam vertere licet Contra-Daritae si Persae Daritas inter se diuersos distinxerunt. Vtut sit, hoc inscriptionis loco memorari debebant Daritae. Nam Herodotus ad Satrapiam XI. numerat *Κασπιους* et *Δαρειτας*, ex quo sequitur, Daritas ad mare Caspium habitasse. Nostra vero inscriptio, quae strictissimo ordine terras Persis tributarios enumerat, primum affert, Assyrios, hinc populum dictum, hinc Armenios. Qua de causa populus noster Assyrios inter et Armenios ad mare Caspium, quo Herodotus Daritas ponit, habitauerit necesse est.

14) [cuneiform] = אַרְפִּן = أَرفِن haud dubie Armenia. Patet enim, hic, quod frequentissimum est veteribus in dialectis, *m* et *p* inter se confusa fuisse. Rem plane contrariam habuimus in nomine Aramaeae no. 11. Literam [cuneiform] Burnouf et Lassen pronunciant quidem *m;* sed nemini facile persuadebitur, Persas in alphabeto suo cuneoformi, quum in Zendico et Neopersico non haberent, habuisse duas literas *m* [cuneiform] et [cuneiform]. An credes, Persas caruisse p = פ = ف, quod Persarum alphabeta antiquum aeque ac recens continent? Ceterum literae [cuneiform] propter rationes combinatorias nostras nullus sonus praeter פ = ف tribui debet. Saltem pronunciatio vulgaris terrae Armeniae non sufficit sola ad probandum, literam [cuneiform] valuisse *m*.

15) [cuneiform] = גּתְבְּתֻג = خَتپتُج Cappadocia. Probabile enim, veteres pro *pp* hoc in nomine *thp* pronunciasse, quae literae serius facilitatis causa sibi assimilarentur in gratiam *p*. Ceterum denuo cognoscitur nostro ex ث, literas Persarum diacriticas lenius sonuisse quam genuinas. Quod valere videtur etiam de خ litera, s pro diacritica non ج, sed ح = ח habeatur.

16) [cuneiform] = צַבְּרַט = صبرطِ haud dubie *Σαπειρες*, cuius nominis flexio *Σασπερσι* occurrit. Sapires saltem Herodotus diserte affert in Satrapia XVIII. Atque mutatio צ in *σ*, ط in *σ* parum offendit.

17) [cuneiform] = עוּנ = عُن secundum Lassen, qui [cuneiform] pro *h* ha-

buit, Hunni. Rectius Beer hoc nomen interpretatur Iones. Etenim [cuneiform] = ע ع qua consona lenem *gh* tenuit sonum, qui facile abiret in j vernaculum, quemadmodum hic in יין Iones, ita supra in *Δαρειος*.

18) [cuneiform] = וַצְגּחעַ = وَصْكيعَ haud dubie *Οὐτιοι* vel *Οὐξιοι* apud Herodotum in Satrapia XIV. memorati. Etenim in nomine *Οὐξιων* = *Οὐκσιων* praecedit *κ*, quod Persice post *σ* pronunciaretur. Ceterum hic quoque ض euenit s.

19) [cuneiform] = טְרעחַע = طَرعخَعَ h. e. *Δραγγαι* apud Herodotum in Satrapia XIV., quem ad locum vide Baehrii editionem p. 170. et 675. Hocce vocabulum docet, primo ع vti Neopersicum passim *a* sonuisse, deinde vero [cuneiform] valuisse neque merum *h*, vt Beer voluit, neque *a* vt Grotefend, Burnouf et Lassen putarunt, sed potius, vti dictum, ch = ח, quod Graeci literis *γγ* = gg redderent. Graecorum enim pronunciatio *γγ* = ng serioris aetatis est, vti constat.

20) [cuneiform] = בְּרְתַע = ثَرْتَعْ haud dubie *Παρυηται* siue *Ἀπαρυται* apud Herodotum in Satrapia VII. Plane hoc in nomine ת ت Graecorum *τ* respondere cernitur.

21) [cuneiform] = אַצְקרת = أَصقرت *Σαγαρτιοι* apud Herodotum in Satrapia XIV. Praemissio *a* atque mutatio צ in *σ* facillime explicatur.

22) [cuneiform] = בּרדוֹ = ثَردوْ *Παρθοι*. Hic primum [cuneiform], quod Lassen pro *ζ*, Burnouf pro *y* habuerunt, genuinum significatum tuetur, quippe literae ד د, vti dictum.

23) [cuneiform] = זְרגוֹ = ژَرخْ certo *Σαραγγοι* apud Herodotum III. 93. Quo nomine denuo confirmatur ژ mollius quam ز sonuisse.

24) [cuneiform] = חרו = حرو *Ἀριοι* siue *ἈριϜοι* apud Herodotum in Satrapia XVI. Itaque [cuneiform] habemus pro consona *w* atque [cuneiform], quod Burnouf pronunciauit *o*, pro *i* vocali.

25) [cuneiform] = בַּכְּתרַצ = بَكْترض *Βακτρια*, siue *Βακτριανοι*; vnde patet [cuneiform] sonuisse fere vti *κ* = [cuneiform].

26) [cuneiform] = צֻגְּט = صُكّط *Σογδοι* apud Herodotum in Satrapia XVI. Quod vocabulum docet, ج = [cuneiform] non *tsch* sed vti ג ج, ex quo prodiit, sonuisse antiquitus.

27) [cuneiform] = וַעְרזְפַע = أُوَرْزَفعْ haud dubie *Χορασμιοι* Satrapiae XVI. Vidimus enim literas *uwa* celeriter pronunciatas sonare quasi

gua vti in *Χοανα*. Deinde apparet denuo, פ cum מ confundi; quo interpretatio nostra nominis Aramaeae no. 11. confirmatur.

28) [cuneiform] = דתגטצ = دتخطض *Σατταγυδαι* Satrapiae VII. Litera *d* facile abit in *s*, vt alias; quare non statuendum cum Lassenio, [cuneiform] sonuisse ζ. Praeterea denuo apparet, خ simile fuisse sono ج = ג.

29) [cuneiform] = חרותצ = حروتض haud dubie Arachosia, Arachotis, *Ἀραχωσις* col. *Ἀραχωτος κρηνη* apud Ammian. XXIII. 29., quam terram Herodotus in Satrapia XXIII. Indiae adnumerare videtur. Respondet ح literae *χ*, quae per metathesin praecedit *r*.

30) [cuneiform] = חטצ = حطض Indi siue Hindus, Zendice Hendu appellati. Excidit enim *n*, vti sequenti in vocabulo aliisque permultis. Etiam hoc in vocabulo ض abiit in *s*. Coniicere liceat, quum ص et س saepissime vices agant, quumque ipso in alphabeto Arabum Africano ص valeat 60 (= س), Persas veteres ص pro ס habuisse, quare omnibus in vocabulis nostris, maxime ipsorum in fine [cuneiform] pronunciari deberet *s*; sed parum probabile, antiquissimis temporibus, quibus maiorum inuenta sanctissime colerentur atque س triclinii figuram retineret, צ locum in alphabeto cessisse literae س. Neque sufficit, Graecos saepissime ص et ض mero *s* expressisse, ad probandum, [cuneiform] vere *s* sonuisse. Contra scimus, linguam nostram Germanam venisse e Kermania siue Persia atque sexcenta vrbium pagorumque nomina Germanica exire in literis *iz* vel *ilz*, *wilz* etc. Quo sane confirmari posse videtur pronunciatio literae [cuneiform] per *z* = ص et ض, permulta terrarum nomina terminantium.

31) [cuneiform] = קטר = قطر *Γανδαροι* Satrapiae VII. apud Herodotum. Prima litera respondet ק, vt vidimus, neque vero *g* aut *u*, quod Lassenio et Burnoufio placuit. Praeterea ظ hic quoque obtinet sonum literis ط ט simillimum quidem, sed molliorem.

32) [cuneiform] = צג = صخ haud dubie *Σακοι* Satrapiae XV. apud Herodotum.

33) [cuneiform] = מג = مخ *Μυκοι* Satrapiae XIV. Vtroque in nomine خ bene quadrat *κ* Graecorum.

Iam haec 33 nomina propria, quae paucissimis exceptis pari modo verterunt Grotefend, Burnouf, Lassen, Beer aliique, tantum abest vt refutent studia nostra combinatoria, vt confirment. Duae solummodo sunt literae, quibus nostra pronunciatio plane discedat a pronunciatione recepta; literae inquam [cuneiform] et [cuneiform] = س et ف, confirmatae, putamus, nominibus Daritarum, Armeniae et Chorasmiorum. Reliquis in literis nostra pronunciatio facit nunc cum Lassenio, nunc cum Burnoufio Beerioque. Valere enim videntur:

[cuneiform]	non	o,	sed	i (Lassen)	proprie	ִי = ِ
[cuneiform]	-	a,	-	h (Beer)	-	ה
[cuneiform]	-	v,	-	g (Burnouf)	-	כ
[cuneiform]	-	i,	-	w (Lassen)	-	V ,’
[cuneiform]	-	u,	-	g (Lassen)	-	ק
[cuneiform]	-	y,	-	ζ (Lassen)	-	ד
[cuneiform]	-	sch,	-	l (Burnouf)	-	ל
[cuneiform]	-	l,	-	tsch (Lassen)	-	ג ج
[cuneiform]	-	ng,	-	’h (Burnouf)	-	א ا
[cuneiform]	-	v,	-	i (Lassen)	-	י ي
[cuneiform]	-	a,	-	q (Burnouf)	-	غ

In vniuersum vero literae cuneoformes nouam lucem nancisci videntur ex eo, quod accuratissime omnes cum Hebraicis Persicisque literis ipsarum cognatis comparari potuerunt.

Pars III.

De alphabeto literis Zendicis et Pehluicis subiecto.

§. 1. *Introductio.*

Ad interpretationem inscriptionum cuneoformium sane vtilissimum est, quamcunque literam cuneatam ad Hebraicam atque Neopersicam suam nunc referri posse. Hebraico enim cum alphabeto antiquissimo reliqua omnia cohaerere debent; atque Neopersica lingua non potest non continere radices vocabulorum, quibus inscriptiones cuneoformes constent. At maioris momenti foret inuenire, quibus literis veterum Persarum singulis singulae cuneoformes respondeant, quippe Zendicis et Pehluicis. Neopersica enim lingua iusto iunior est multumque diversa a lingua aetate Cyri, Xerxis, Darii vsitata. Quare lingua Zendica et Pehluica potius pertinent ad inscriptionum cuneoformium fere innumerarum interpretationem. Itaque periculum faciamus literas Zendicas et Pehluicas in ordinem alphabeticum redigendi, ita vt quaevis inscriptio cuneoformis, pronunciatione literarum genuina prorsus non spectata, Zendicis Pehluicisue literis reddi possit.

Quaeritur quid de alphabeto veterum Persarum omnino statuendum sit; an scriptura Zendica vere differat a Pehluica; an recentius Persarum alphabetum congruat cum antiquo; an genuina Persarum scriptura non cohaereat cum alia vlla. Quum quidem Arabes dicantur alphabetum accepisse a Persis, quumque Persae antiquitus literis 36 Hebraico alphabeto similibus scripserint; coniicere licet, literas Neopersicas 36 prodiisse totidem ex Zendicis, Zendicas vero ex alphabeto Chaldaico genuino.

§. 2. *De natura scripturae Parsicae.*

Primum quidem ex comparatione literarum Zendicarum cum Pehluicis apparet, Zendicam scripturam a Pehluica non differre reuera, imo vtramque Neopersicae haud absimilem esse. Vtraque, si discesseris a literis paribus varie scriptis literarumque compendiis, continet 36 literas, cum duabus insolitis; scilicet genuinas 23, diacriticas 13. Videbis cuiuis literae Zendicae Pehluicam aliquam congruere figura, easque literas binas eadem aut simillima ra-

tione pronunciari a Persis doctis. Ante omnia propius cognosci debent alphabeta Zendicum et Pehluicum. En tabulam, qua literae Zendicis et Pehluicis adscriptae significant pronunciationem ab Anquetil du Perron, Niehbuhr, Chardin, Burnouf, Rask, Bopp propositam.

	Neopersice et Cufice		Pehluice		Zendice	
	genuin.	diacrit.	genuinae	diacriticae	genuinae	diacriticae
א	ا	أ	= ā. e. ا	= ā. آي	= a. e. ا	= ā. آي
ב	ب	پ	= b. ب	= p. پ	= b. ب	= p. پ
ג	ج	چ	= ج	= چ	= گج	= ج
ד	د	ذ	= d	= d	= d	= d. dh
ה	ه	—	= ȣ. h. e	—	= e	—
ו	و	—	= و. v. u. o. b	—	= و. v. o	—
ז	ز	ژ	= ز. z. s	= ژ. z	= ز z. s	= ز. z. s
(η		ي	—	?	—	= i)
(ει		ـيـ	—	?	—	= i)
ח	ح	خ	= خ. kh	= خ. kh	= خ. gh. ch	= ه. h
ט	ط	ظ	= د. d	= t. ت	= ت. t	= ت. t
י	ى	ي	= ى. i. e	= ى. i	= ى. i. e	= ى. i
כ	ك	گ	= gh	= گ. g. gh	= gh. نک	= خ. kh
ל	ل	—	= l	—	= r	—
מ	م	—	= m	—	= m	—
נ	ن	—	= ن. n	—	= ن. n	—
ס	س	—	= س. s	—	= ش. s	—
צ	ص	ض	= س. s	= ś	= س. ص. s	= sch. z. dz
ע	ع	غ	= غ	= غ. gh	= ع.e. ch	= غ. k. gh
פ	ف	—	= ف. f	—	= ف. ph. f	—
ק	ق	—	= ق k. g	—	= ق. k. c	—
ר	ر	—	= ر. r	—	= ر. r	—
ש	ش	—	= ش	—	= ش. sch	—
ת	ت	ث	= tt	= tt	= ث. th. ç	= د. d. t
V	و		—	—	= u. w	=o.u.v.w

Iam accuratius videamus, num literis Persicis vere respondeant Zendicae et Pehlvicae ipsis adscriptae. Qua in quaestione adhibere iuuabit antiquas Arabum ac Persarum literas, scilicet Cuficas.

Primo quidem apparet, alphabetum Persarum vetus totidem literis constare atque recens, quippe 36; si discesseris a literis paullo variantibus, vti 𐬘 et 𐬗, atque a compendiis. Etenim 𐬅, quod Anquetil, Niebuhr aliique pronunciari iubent *an* اں, vere constat literis 𐬁 *ă* et 𐬥 *n*. Idem valet de 𐬆, quod ex 𐬁 *ā* et 𐬥 constare, luce clarius est. Hinc Parsi, teste Niebuhrio, 𐬅𐬆 appellarunt *an*. Perperam 𐬅 pro *ă*, alii pro Anaswura Sanscritica habuerunt; item 𐬆 pro *ñ*, atque pro mero *n* ante vocales fortes. Parsi quidem ignicolae Anquetilo, Niebuhrio, Chardinio literas 𐬅 et 𐬆 pro اں et آں tradiderunt, in quo subsistendum; maxime cum 𐬅 et 𐬆 clare literis 𐬁 𐬁 et 𐬥 constent. Eiusdem generis sunt 𐬛𐬛 = ريي, 𐬭 = وْ, ꝸ = لل aliaque maxime Pehluica in scriptura. Quod reliqua compendia in MSS. Zendicis obuia attinet, quippe *ao*, *hl*, *ach*, *hm*; de iis consentiunt inter se Anquetil, Bopp, Burnouf, reliqui. Sic 𐬃, quod *ao* pronunciant, compositum est literis 𐬀 *a* et 𐬘 Persico ع, vti statim videbimus.

Deinde tabula nostra docet, literas veterum Persarum diacriticas cognosci ex adiuncto circello aut lineola productiori sub finem literae. Etiam apud Persas recentiores literae diacriticae non differunt a genuinis suis nisi puncto ac circello. Itaque inter se congruunt:

[Zend]	et	[Zend]	vti	ب	et	پ	[Zend]	et	[Zend]	vti	ى	et	ي
[Zend]	-	[Zend]	-	ح	-	خ	[Zend]	-	[Zend]	-	ا	-	آ
[Zend]	-	[Zend]	-	ر	-	ز	[Zend]	-	[Zend]	-	ک	-	گ
[Zend]	-	[Zend]	-	ع	-	غ	[Zend]	-	[Zend]	-	ط	-	ظ
[Zend]	-	[Zend]	-	ص	-	ض	[Zend]	-	[Zend]	-	ت	-	ث
[Zend]	-	[Zend]	-	د	-	ذ	[Zend]	-	[Zend]	-	ج	-	چ
[Zend]	-	[Zend]	-	و	-	وْ							

Facile quiuis videt, has literas diacriticas fere omnes solo circello differre a genuinis. Quae obseruatio multum haud dubie fecerit ad genuinos literarum Zendicarum et Pehluicarum sonos eruendos; de quo iam videamus. Primum patet, retinendam esse maxime pronunciationem Anquetili, Chardinii et Niebuhrii [1], qui Persarum veterum prognatos habuerunt magistros. Qua in re sane fieri non potuit, quin Parsi illi sonos literarum accuratissime non traderent atque passim molliorem pronunciationem pro recentiorum aetatum ratione sectarentur. Hinc acci-

---

1) Itinerar. T. II. p. 24. Vid. infra Tab. VI.

dit, vt Rask, Burnouf, Bopp passim ab Anquetilo discederent maxime in gratiam literarum Indicarum, quarum de potestate genuina actum putabatur. Nos quidem quaerimus tantum, quae literae Zendicae et Pehluicae ordine responderint Neopersicis vel Arabicis.

𐬀 = ا ﻟ. Haec litera enim ab omnibus huius linguae peritis pronunciatur *a*, cum ا comparatur atque veram literae ﻟ imaginem prae se fert, si ab eo discesseris, quod Arabes lineolam verticalem secundam altius extulerunt, vel versa vice.

𐬁 = اا ﻟﻟ. Videtur sane 𐬁 duobus 𐬀 constare, quare non mirum, id *ā* pronunciari vel آی secundum Anquetil. Nolumus tamen obtrectare iis, qui lineolam tertiam pro diacritica habere maluerint, exemplo 𐬐 et 𐬑. Saltem 𐬁 *ā* abs 𐬂 خ satis distingui debebat.

𐬠 = ب ﺑ. Quae litera, quum ab Anquetil aeque ac reliquis *b* pronuncietur atque plane Arabico ب ﺑ conueniat forma, secunda Persarum litera fuerit, necesse est. Apud Anquetil Tab. VIII inter literas Pehluicas exstat ﻭ‌ﺑ pro *b*, quod caue pro simplici litera sumere. Scilicet Anquetil duo signa pro *b* attulit puncto distinguenda vti no. 6, de quibus › proprie و *v* est, vt infra videbimus. Saepe enim accidit, vt *v* pronunciando abeat in *b*, versaque vice.

𐬞 = پ. Quae Anquetili traditio confirmatur huius literae forma. Simillima enim est Zendica et Pehluica 𐬞 literae 𐬠 *b* praeter circellum, quo diacriticae literae a genuinis distinguuntur. Ceterum Parsi vtramque literam 𐬠 et 𐬞 vocarunt *ba*, teste Niebuhrio.

𐬗 𐬗 ﺟ = ج ﺟ. Primo enim perperam 𐬗 et 𐬗, quum merae sint eiusdem literae variationes, pro diuersis habuerunt. Rectius Anquetil 𐬗 cum ج, quam 𐬗 cum ك comparauit, quippe pronunciatione literae 𐬗 per *g* seductus. Quum ج = ג initio valeret *g*; non mirum, 𐬗 quoque serius passim *g* sonuisse. Hinc Niebuhr *gho* pro nomine 𐬗 accepit. Vtique Bopp et Rask 𐬗 pronunciant *g*. Pehluicum ﺟ, apud Niebuhrium *tschin* appellatum, non differt a 𐬗 nisi lineola finali curtata atque puncto submisso, quo Persicum ج etiamnum gaudet. Itaque perspicitur, 𐬗 et ﺟ non solum pronunciatione, sed etiam nomine et forma respondere ج Neopersico.

𐬘 𐬘 = چ. Haud male enim Anquetil cum ج comparauit 𐬘, quod in alphabeto Niebuhrii *atja* appellatur. Boppius 𐬘 pariter atque 𐬗 inter palatinas retulit haud male, quoniam ج et چ = ג ג̄ initio *g* *γ* sonuerunt. Ceterum claret, 𐬘 et 𐬘, cum circellum diacriticum habeant atque literis 𐬗 ﺟ simillimae sint, fuisse چ Zendicum et Pehluicum.

𐬛 › = د ﮈ. Litera Zendica 𐬛, quam Anquetil ipse cum د comparat Parsique, teste Niebuhrio, *da* vocarunt, aperte cum Neopersico د conuenit figura. Pehluica ›, quae in speciminibus apud Anquetil passim occurrit, a ڎ = ذ non differt, nisi lineola diacritica.

𐬜 𐬜 ڎ = ذ. Omnes enim 𐬜 pronunciant *d* atque e circello atque lineola adiuncta apparet, hanc literam esse diacriticam ذ. Quod Pehluicas ڎ et 𐬜 attinet, quas Parsi teste Niebuhrio *dal* appellarunt, plane hae cum ذ conueniunt.

𐬵 𐬵 𐬵 = ه ه ه. Literas 𐬵 et 𐬵 congruere Persicae ه claret. Etiam recte vidit Bopp, 𐬵 et 𐬵 inter se non differre, nisi lineola longiori, quae ad 𐬵, quum finalis sit, accedat. Offendit autem, Niebuhrium et Anquetil Zendicum 𐬵 pronunciare *e*. Scilicet quemadmodum ה = 𐬵 apud Graecos, ita apud Persas quoque adspirationem suam amisit meramque vocalis potestatem retinuit. Ceterum Zendicum 𐬵 et Pehluicum 𐬵=𐬵, quod Niebuhr *he* appellari audiuit atque Anquetil diserte cum ه comparat, certissime eaedem sunt literae. Praeterea Anquetil etiam 𐬵 pro *h* habuit, quae potius pro ع item *a* et *e* pronuncianda, sumi debeat.

𐬬 𐬬 = و و. Simillima enim est litera Zendica et Pehluica Persico و, atque 𐬬 diserte Parsi *vau* appellarunt Persicoque و compararunt apud Niebuhrium et Anquetil. Quod Bopp et Burnouf huic literae 𐬬 tribuerunt sonos *u*, *v*, *w*, item cadit in و. Zendicum 𐬊 quidem, quod Anquetil *u* et *w*, Bopp *v*, Rask et Burnouf *û* pronunciari iubent, duobus 𐬬 constare videtur, vbi وْ Persarum vel و. Item 𐬌𐬌 constat duobus ى, pariter atque 𐬨 duobus ل.

𐬰 𐬰 = ز ز. Quam similes enim sibi sint inuicem hae literae, sponte intelligitur, atque constat, Anquetil et Chardin 𐬰 cum ز, Rask cum *z* et *ś*, Bopp cum *z*, et ज comparare. Accedit, quod Parsi teste Niebuhrio *sa* appellarunt hanc literam a Persis زا *za* dictam.

𐬰 𐬰 𐬰 = ژ. Pehluicum 𐬰, quod Anquetil cum ژ comparat pariter atque 𐬰, sane differt ab 𐬰 circello, ex quo patet 𐬰 esse diacriticam literam 𐬰. Pro circello punctum reperitur in 𐬰 apud Niebuhrium, vnde claret 𐬰 a 𐬰, quod Niebuhrio Parsi *soad* vocarunt, distingui ad instar ز et ژ. Item 𐬛 et 𐬜 = د et ذ distingui supra vidimus. Zendicum quidem 𐬰 caret circello Pehluici 𐬰, differt autem a 𐬰 flexione lineolae finalis. Quae discrimina Bopp et Burnouf, quum solam 𐬰 literam memorent, neglexisse videntur. Per se quidem clarum, Pehluice 𐬰 a 𐬰 et 𐬰, Zendice 𐬰 a 𐬰 distingui debere, easque literas plane tum pronunciatione, tum figura, tum nomine Persicis ز et ژ Cufico ز respondere.

𐬒 𐬒 = ح ح. Has literas enim, quae Persico et Cufico *Ha* simillimae sunt, Parsi apud Niebuhrium *ha* et *ka* vocarunt atque Anquetil cum Chardinio خ, Rask *gh*, Bopp *ch* valere tradiderunt.

𐬑 𐬑 = خ. Quum enim 𐬑, literae 𐬒 simillima, circellum, Pehluicum 𐬑 vero punctum diacriticum habeant; claret has literas esse diacriticas pro 𐬒 et 𐬒. Eodem facit, quod Parsi 𐬑 vocant *ha*, 𐬑 vero *khe* fere *kha*, quo nomine خ appellatur. Ceterum Anquetil 𐬑 recte cum خ, Chardin 𐬑 cum ح compararunt, neque obstat, quod Rask, Burnouf, Bopp 𐬑 pronunciant *h*, quum ח = 𐬑 𐬑 multis in alphabetis duriorem sonum exuerit.

𐬙 𐬙 = ط ط. Differunt enim hae literae eo tantum, quod lineola verticalis paullo longior est in Persico ط. Ceterum Chardin, Niebuhr, Rask, Bopp, Burnouf 𐬙 pronunciant *t* ط, atque Pehluicum 𐬙 𐬙 Anquetil comparauit cum د et ت.

[…] […] = ظ. Quum enim hae literae lineolam finalem diacritice extendant; patet […] et […] pertinere ad […] et […]. Vtique Parsi […] appellant *le*, atque […] recte Bopp ac reliqui pronunciant *dh*, ad instar ظ.

[…] […] = ي […]. Quam similes sibi sint hae literae, sponte intelligitur. Omnes vero grammatici in eo consentiunt, […] et […], vti Parsi tradiderunt Niebuhrio aliisque, sonare *i*. Quod […] attinet ab Anquetilo pro *i* habito, luce clarius est, […] significare يي vel يي.

[…] […] = ي […]. Patet enim has literas diacritice distingui ab […]. Pehluice quidem, cum […] non scribatur, puncta adhibentur, vt etiamnum solent Persi. Ceterum omnes in eo consentiunt, quod […] et […] sonent *i*. Solus Anquetil […] pro *e* habuit haud perperam, quum ي quoque passim *e* valeat.

[…] […] […] = ڪ […]. Perperam literas Zendicas […] et […] pro diuersis habuerunt. Ipse enim Boppius vidit, iisdem in vocabulis reperiri alias […] alias […], quae, quum sibi simillimae appareant, pro variantibus habeantur, necesse est. Zendicum […], quod Parsi *gha* pariter atque […] vocarunt, quodque Anquetil *ng*, alii *gh* pronunciant, profecto habitu suo respondet Persico ڪ. Pehluicum […], quod Anquetil omisit suo in literarum catalogo, exstat in specimine Pehlvico Anquetiliano atque apud Wahl Gesch. d. morgenl. Spr. Tab. V.

[…] […] = ڪ̈. Quum enim […] a […] differat sola lineola finali diacritica, claret […] respondere ڪ̈. Etiam haec litera apud Niebuhrium *ka* appellata differt a […] *gha* lineola hac diacritica. Ceterum Bopp, Burnouf aliique […] sonare *k* ڪ̈ intellexerunt. Pehluicum […] vero, quod Parsi Niebuhrio *gaf* vocarunt vti ڪاف = ڪ̈, habet pro diacritico suo puncta; quibus etiamnum ڪ̈ a ڪ distinguendum gaudet. Quae puncta Zendice lineola imposita exprimi videntur.

[…] […] = ل […]. Quas literas Persico et Cufico *l* respondere, non eget demonstratione. Etenim […] et […], quae diserte Niebuhr, Anquetil et Chardin *la* vocant atque cum ل comparant, literae ل plane quadrant. Hoc vnum obiicietur, e sententia vulgari Zendicam scripturam litera *l* carere. At constat inter omnes, nullam esse per totum terrarum orbem linguam, quin sonum *l* habeat; quare parum probabile, Persas antiquos *l* plane caruisse, maxime cum *l* in Pehluica scriptura frequentissime veniat. Deinde Anquetil, quem reliqui sunt secuti, falli se passus est. In speciminibus enim ab ipso exhibitis p. 77. diuersae sunt literae, quas ille omnes litera *r* expressit. Sane mirandum, Anquetilum literas […] et […] pro iisdem habuisse. Forte Anquetili magister multis in vocabulis […] pro vsu vulgari pronunciauit instar […]. Diserte Niebuhr, Chardin, Burnouf, Bopp literam *l* inter Zendicas enumerant, in quo subsistendum. Niebuhrio quidem […] vocatur *la*. Quod attinet Pehluicum […] vel […] a Niebuhrio *lam* appellatum, constare videntur duobus […] contractis. Idem vidimus in […] = يي et […] = […].

[…] […] = م […]. Haec litera enim ab omnibus *m* pronunciata, plane congruit cum […] et […] Cufico. Ceterum […] apud Niebuhrium *ma* vocatur, *mim* vero Pehluice.

𐬥 𐬧 𐬦 = ن 𐬥. Persicum *n* hodiernum ab antiquo sola lineolae finalis incuruatione differt, atque Pehluicum 𐬥 apud Niebuhr *nun* appellatum ne puncto quidem caret Neopersico.

𐬯 𐬰 = س 𐬯. De similitudine harum literarum vix opus est disserere. Zendicum 𐬯, quod Anquetil, vt alii iam viderunt, perperam confudit cum ש et 𐬱, pronunciant Rask *s* aut *ss*, Bopp *s* aut *sch*. Litera 𐬱 Boppii e sententia literis 𐬯 et 𐬬 (سق) constat; attamen 𐬱 apud Anquetilum pro س Persico reperitur. Pehluicum 𐬯, quod paullo curtius est Zendico 𐬯 magisque Neopersico س conuenit, Niebuhrio vocatur *sin*, vti Arabicum س (*sin*).

𐬰 𐬰 = ص ص. Quarum literarum quanta sit affinitas nemo non videt. Pronunciatur vero Zendicum 𐬰 vti ص secundum Chardin, vti س secundum Anquetil, vti *ç* secundum Rask et Burnouf, vti *ś* vel श secundum Bopp. Ceterum Parsi 𐬰 Pehluicum et Zendicum Niebuhrio vocarunt *se* et *sa*. Quas ob causas 𐬰 pro Parsico ص haberi debet.

𐬲 𐬰 = ض. Ex circello enim in 𐬲 cognoscitur, hanc literam esse diacriticam 𐬰. Eodem facit punctum in 𐬰 Pehluico. Iam supra vidimus, Pehluice passim pro circello punctum adhiberi ad distinguendas literas pari ratione scriptas pronunciatu paullo diuersas, vti in د et ذ. Zendicum 𐬲 Anquetil cum ژ = ʃ comparat, Chardin cum ث *ça* et *dza*, Rask cum *ź* vel *zh*, Bopp cum *j* Francogallico. Ceterum Niebuhrio Parsi 𐬲 vocarunt *ja* atque 𐬰 *suade*; ex quibus claret, 𐬲 et 𐬰 Persico ض, quod Hebraice צָדִי *zade* appellatur, vere respondere.

𐬀 𐬁 𐬂 = ع ع. Primum 𐬀 et 𐬁, quum a grammaticis simillima ratione pronuncientur atque in alphabetis Parsicis apud Niebuhrium et Chardin vno tantum signo comprehendantur, non possunt non pro mera varietate accipi. Sonat autem 𐬀 apud Niebuhrium, Anquetil, Burnouf, Bopp *e* vel *ĕ*, secundum Rask *ae*, atque secundum Anquetil aliosque in 𐬀𐬯 vti *o*, secundum Chardin vero *ach* atque vti ع Neopersicum sine *a*. Mira sane discrepantia, quae tamen facile explicatur eo, quod 𐬀 et 𐬁 Arabico ع = ע responderunt. Quemadmodum enim ع apud Graecos in *o*, apud Neopersas in *a* abiit atque a Graecis haud raro instar *γ* sonuit[2]); ita 𐬀 = 𐬁 = ע quoque nunc vocalis *o*, *a*, nunc consonae gutturalis *gh* sonum expressit. Sufficit memorasse 𐬀 vel 𐬁 easdem literas esse atque ع et ع Cuficum. Quod Pehlvicum 𐬂 attinet, id ab غ = غ maxime differt puncto; quare 𐬂 pro ع habeatur. Ceterum Anquetil hanc literam ad 𐬵 retulit haud male, quum ע etiam sonum *ha* subire potuerit, pariter atque *a*.

𐬖 𐬖 = غ. Quum enim 𐬖 a 𐬀 atque 𐬖 a 𐬖 differant circello punctoque diacritico; dubitare non licet, 𐬖 et 𐬖 respondere Neopersico غ, quod غين (*rhain*) vocatur. Quid, quod Parsi ipsi 𐬖 teste Niebuhrio *rhen* appellarunt? Quum ע etiam *gh* sonuerit, non mirum 𐬖 Zen-

---

2) Seyffarth: De sonis literarum Graecarum p. 48.

dicum a Niebuhrio *gho* dici. Eodem facit, quod ع Anquetil غ, Chardin *kak* siue غ, Rask, Burnouf et Bopp *gh* pronunciare suadent.

ڡ ڡ = ف ڡ. Quae literae, quum Cufico ڡ similes sint praeter circellum, quo ڡ ab ڡ distinguebatur, quumque sonent ف, *ph*, *f* secundum Anquetil, Chardin et reliquos, nec non *pa* et *fe* appellentur a Parsis; sane pro ف Parsico accipi debent.

و و = ق ڡ. Etenim vocantur hae literae *gaf* et *ga* apud Niebuhrium instar Arabici ق *kaf*; atque comparantur cum ک, ق, *k* ab Anquetilo et reliquis. Ceterum و eadem fere est litera atque ق.

ٮ ٮ = ر ر. Vtraque litera, ab omnibus *r* pronunciata atque *re* et *ra* appellata vti ر (*ra*), omnino congruit cum Cufico ر, si discesseris a varia positione Parsici ٮ.

ش ش = ش ش. Quod vix opus est demonstrare, loquente harum literarum similitudine. Huc accedit, quod Parsi ش et س Niebuhrii ex traditione *schin* et *ebccha* (*ebscha*) vocarunt. Quid, quod ش tribus adeo punctis distinguitur ad instar ش teste Wahlio et Anquetil Tab. I. 5.? Praeterea ش pronunciant Anquetil et Chardin ش, Rask et Burnouf *sch*, Bopp *s*.

ϭ ϭ = ت ٮ. Literam ϭ quidem comparant Anquetil cum *th* ث, Chardin cum س *ça*, rectius Burnouf et Bopp cum *th*. Sane ϭ, a Parsis *ta* appellatum, cum ت conuenit omissa lineola finali, quam Parsi adiunxisse videntur forte ad ϭ ab د distinguendum. Pehluicam literam quandam Zendicae ϭ similem neque Anquetil neque alii attulerunt praeter Wahlium, qui ϭ et ϭ pro *tt* habet.

ϸ ϸ = ث. Vtique ϸ Zendicum pertinere videtur ad ϭ propter circellum atque caudam diacriticam; negari tamen nequit, ϸ tum demum cum ϭ congruere, quum inuertatur atque cauda priuetur sic ϭ. Vtut sit, cauda finalis multis in literis adhibetur pro diacritico, atque sola haec litera ϸ restitit in ordinem alphabeticum referenda. Etiam ϸ vere sonuit *d* teste Anquetil, qui و = د et ϸ ث miro modo confudit, rectius *ṭ* ex sententia Boppii. Quod Pehluicum ϸ attinet, haec litera, quum vtique similis Zendico ϸ sit, pro ث haberi potest, maxime cum a Niebuhrio *te* vocetur. Sin malueris ϸ pro ط vel ظ accipere, exstant in speciminibus Anquetilianis literae signo ϸ simillimae eaeque *t* sonantes, quae iure pro ث Pehluico sumi possunt.

Iam superest dicere de literis, quibus alphabetum Neopersicum atque Arabicum carere vulgo putatur, quippe ... ; quas vero alia alphabeta conseruarunt. Scilicet nouimus, alphabeto Hebraico antiquo fuisse duas vocales, *η* et *εῖ* sonantes, inter ז et ח interpositas. Quod comprobauimus alphabeto Aegyptiaco, serie literarum Arabicarum dies hebdomadis exprimentium atque Graeco alphabeto. Iam nouo argumento est alphabetum Arabum vetus, quippe Cuficum. Cuficae enim literae ے et ى plerumque *i* pronunciatae non sunt formae finalis ي quaedam, sed singulares literae quippe aliis in alphabetis perditae. Con-

stat enim ex codicibus Cuficis v. c. Niebuhrianis, ـے et ی non solum cum literis praecedentibus coniungi, sed etiam seorsim atque seiunctim mediisque in vocabulis reperiri. Absonum autem foret credere, has literas non esse nisi variantes superfluas literae ي siue ـێ, quacum illae nihil sane habent similitudinis. Quod vero literas Persarum vltimo loco dictas attinet, memorandum, alphabeta cognata post ت ח habuisse vocalem *u*, quippe Latinorum *V*, Graecorum *Y*, Persicum 𐎢. Itaque facile erit, reliquas Zendicas et Pehluicas literas in ordinem genuinum redigere.

𐬫 𐬫 𐬌 = ی *η*. Etenim Zendicum 𐬫 sonuit *i* secundum Anquetil, *y* secundum Bopp, *e* secundum alios. Facillime quidem *e* abit in *i*, vt ipsum *η* Graecorum docet. Praeterea patet 𐬫, praesertim Niebuhrii 𐬌 = 𐬫 literae Cuficae ی atque Persico ی simillimas esse. Pehluicum 𐬫, quod Anquetil non memorat, a Wahlio affertur. Forte Anquetilii 𐬌, quod ille pro *h* habuit, respondet Zendico 𐬫 praecipue Niebuhriano 𐬌 = ی.

𐬉 𐬉 = ـے ـێ. In oculos enim incurrit, Cuficum ـے, a quo Persicum ـێ non ita multum differt, quadrare Zendico 𐬉, quod Anquetil et reliqui *i*, *y* pronunciant. Pehlvicum 𐬉 solus Wahl, nescio quibus ex locis attulit, forte ex dissertationibus Anquetili serioribus. Vtut sit, claret duas has literas 𐬫 et 𐬉 respondere Persicis atque Cuficis ی et ـے; quae, licet multis alphabetis exciderint, initio locum habuerunt inter ז et ח, vt alphabeta Aegyptium, Graecum, Indicum docent. Etiam Graecorum *εῖ* Delphicum huc spectare videtur.

𐬎 𐬎 = *V Y*. Zendicum 𐬎, a quo 𐬎 Niebuhrio *va* appellatum solo accentu differt, quemadmodum ـى = ى *i* abs ـێ = *i* ي, pronunciatur و *v* ab Anquetil, Burnouf, Bopp; a Chardinio vero *wa* و, a Raskio *w*. Praeterea negari nequit, vtramque literam, si paullo brevius exarentur, sic 𐬎 𐬎, multum similitudinis habere cum antiquo Latinorum et Graecorum *V* et *Y*. Pehluicas literas Zendicis 𐬎 et 𐬎 similes memorat Wahl, imo signis *V* et *Y* adeo similiores.

𐬊 𐬊 𐬋 = *V̄ Ȳ*. Haud dubie enim diacritica litera pro 𐬎 est 𐬊, quum 𐬊 praecipue circello differat a 𐬎. Nimirum lineolae 𐬎 respondent lineis ʅ in 𐬊. Quod 𐬊 attinet, claret accentum accessisse infra, vti in ـێ pro ـى, atque in 𐬎 pro 𐬎. Ceterum 𐬋 plane respondet literae 𐬊, si discesseris a circello diacritico, quem pro accentu adiunxerunt Parsi. Hinc Parsi 𐬎 pariter atque 𐬋 appellarunt *va* teste Niebuhrio. Iam quod palaeographice demonstrauimus, 𐬊 𐬊 et 𐬋 valere literas literarum 𐬎 et 𐬎 diacriticas, id grammaticorum placitis confirmatur. Etenim teste Anquetil Parsi pronunciarunt 𐬊 vti *o*, atque 𐬊 vti *ô*, in Kermania vero *u*. Etiam Bopp demonstrauit, 𐬊 plerumque Indico *u*, rarius *o* respondere. Ceterum constat, omnibus in linguis antiquis *w* pro *u* adhiberi atque facillime *u* in *o* abire. Sic ipse Anquetil ۥ = و, quod plerique cum Boppio *u* pronunciant, pro *o* accepit. Itaque mirari non licet, 𐬊 et 𐬊, quum sint diacriticae literae pro 𐬎 et 𐬎 = *v*, *w*, passim *o* sonuisse, ad instar

10*

Hebraici ו alias *w*, alias ו *u*, alias ו *o* significantis. Ceterum nemini nouum videbitur, vltimam alphabeti literam *V* *Y* apud Neopersas periisse. Idem enim Arabis accidit atque Hebraeis aliisque, qui consonam ו, quippe *V* simillimam serius ad *u* exprimendum adhibuerunt, diacritico addendo.

§. 3. *Conclusio.*

Iam satis de conuenientia alphabeti Neopersici atque Cufici cum Parsico antiquo, quippe Zendico et Pehluico. Demonstratum atque euictum putamus hac nostra disquisitione, alphabetum Parsicum a Neopersico haud differre. Etenim

1) Scriptura Zendica et Pehluica comparatae sunt ita, vt alphabeticis adnumerari debeant, vti Hebraicae, Persicae, Cuficae, Arabicae, Graecae. Quod, quum per se clarum sit, nemo negabit.

2) Nulla est per totum terrarum orbem scriptura similior Parsicae, quam Neopersica, vel Arabica et Cufica. Quamobrem, qui alphabetum Parsicum restituere cupiunt, primum Neopersicas literas cum Parsicis comparare debent. Pehluicam quidem Zendicamque scripturam esse vnam eandemque, nemo non videt. Eadem enim est in vtraque literarum forma, coniunctio, numerus, series, pronunciatio, si a paucissimis leuibusque discrepantiis discedas. Zendica scriptura omnino non magis differt a Pehluica, quam Graeca a Graeca aliis in MSS. obuia. Nemo literas Graecas in papyris Aegyptiacis obuias pro diuersis habebit a literis e. g. MS. Byzantini. Iam conuenientia scripturae Neopersicae cum Zendica et Pehlvica cernitur potissimum in his.

3) Quemadmodum Persae, ita Parsi quoque a dextra versus sinistram literas exararunt.

4) Pehluica et Zendica scriptura pariter atque Persica continet literas finales et initiales nec non mediales, quippe ex coniunctione plurium literarum ortas, vti ع = دين, ع = دحن, ڵ = لا, quod compendium Parsi, teste Niebuhrio, diserte *lamaleph* appellarunt.

5) Persae pariter atque Parsi puncta diacritica adhibuerunt ad literas similes inter se discernendas, veluti in ج = ج, ذ = ذ, ژ = ژ, خ = خ, ي = ي, ک = گ, ز = ن, ش = ش. His accedunt literae ﺑا ﺑا ﺑ ﻭ دد, quae respondere videntur Cuficis literis puncto diacritico auctis vti ب و atque Persicis ي و.

6) Quemadmodum Persica scriptura 36 literis constat, ita Zendica quoque et Pehlvica, nimirum 23 genuinis atque 13 diacriticis. Diacriticae enim Persarum veterum literae differunt a genuinis praecipue circello, cuius loco Neopersice puncta adhibentur. Ceteroquin litera quaeuis diacritica simillimam genuinae suae speciem praebet, vti د د = ب پ, ژ ژ = ز ژ. Praeterea alphabetum Parsicum gaudet adhuc literis reliquorum fere omnium perditis س et ح; quae etiam in Cufica scriptura reperiuntur neque sunt formae literae ي. His quidem 36 vel 38 Parsorum literis genuinis adnumerari non debent compendia, vti ﷲ et ﷲ, atque purae

putae variantes vti ع et غ, ر et ز. Quodsi Persae veteres multo accuratius vocabulorum sonos distinxissent veluti 48 literis; totidem certe a veteribus ad Neopersas transiissent.

7) Parsicae literae Persicis prae ceteris similes a grammaticis pronunciantur aliae plane eodem modo, aliae simillime Persicis, vti د = ب = *b*, ﻭ = پ = *p*, ژ = ژ = *z*.

8) Nomina literarum Parsicarum conueniunt mirum in modum cum Persicis vel Arabicis, vti لا = لا = *lamaleph* = *lamelif*, لا ل = ل = *lam* = *la*, ◦ = ﻡ = *mim* = *ma*, ن = ن = *nun* = *na*, غ = غ = *rhen* = *rhain* = *gho* et sic in reliquis[3]. Noli putare, haec literarum Zendicarum et Pehluicarum nomina ab Arabicis petita esse. Discrepantiae enim horum nominum ab Arabicis ipsae probant, nomina literarum Parsica, quum passim mutila atque antiquiora sint, vere singularia atque vetusta esse.

9) Traditio est, literas Arabicas prouenisse e Syria h. e. Aramaea, quae ipsa sensu latiori est patria scripturae Zendicae et Pehluicae, pariter atque cuneoformis. Ex quo sequitur, alphabetum Parsicum comparari debere cum Persico et Arabico, maxime cum Arabum antiquo, quippe Cufico.

10) Denique ordo literarum Parsicarum congruit cum ordine Arabico atque Hebraico literarum, quod numeri Pehluici demonstrant[4].

ﻣﺪ	ﻟﻮ	ﻟ	ﻭ	ﺳﺮﺳﺮﺳﺮ	ﺳﺮﺳﺮﺳﺮ	ﺳﺮﺳﺮ	ﺳﺮﺳﺮ	ﺳﺮﺳﺮ	ﺳﺮ	ﺳﺮ	ﺳﺮ	ﺳﺮ	ﺩ
40	30	20	10	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

ﻟﻮﻟﻊ	ﺩﻭﻟﻊ	ﺳﻠﻊ	ﺩﻟﻊ	ﺳﻠﻦ	ﺩﻟﻦ	ﺳﺪﺳﻮ	ﺩﺩﺩﺩ	ﺳﺪﻕ	ﺩﺩﺩ	ﺳﻖ
100000	10000	2000	1000	200	100	90	80	70	60	50

Haec signa enim non esse meros numeros, sed literarum imitamina, claret; atque constat, veteres omnes alphabeti literis numeros expressisse; quare Anquetil quoque haec signa pro literis habuit, licet rem acu tetigisse non videatur. Scilicet apparent د = ف ,ﻫ, ﻭ = ﻭ ق, ﻟ = ﻟ ر, ﻣﺪ = ﺵ ﺳ. Itaque Parsi pro 1 adhibuerunt ف Persarum 90, pro 20 ق Persarum 100, pro 20 ر Persarum 200, pro 40 ش = 300. Numeri 2 — 9 oriuntur ex repetitione literae د, quam vere Persico ف = פ respondere, apparet ex numeris ﺩﻟﻦ, ﺳﻠﻦ = 100, 200; atque ﺩﻟﻊ, ﺳﻠﻊ = 1000, 2000, vbi ﻭ = 1 pro د exaratur. Numerum ﻭ = 10 Anquetil pro ٥ habuit, quamuis ipse confiteatur, huncce numerum ﻭ a Desturs pronunciari *g*; qua de re non video, cur ﻭ, cum simillimum literae ﻭ = ق sit simillimeque pronuncietur, pro ق haberi non debeat. Numerum ﻟ = 20 recte Anquetil pro ٦ habuit, quod passim in MSS. numero ﻟ simillimum apparet. In ﻟﻮ = 30 coniuncti cernuntur numeri ﻟ = 20 et ﻭ = 10. Signum ﻣﺪ = 40 Anquetil habet pro ﻭ = 10 et ٥ = 4, ac si scriptum sit 10 $\times$ 4 = 40; quod iusto artificiosius apparet. Quum Pehluicum ﻡ =

3) Vid. Niebuhr It. Tom. II. Tab. 2. pag. 24. ed. 1778.

4) Vid. Anquetil Zendauesta Tab. II.

ش ش haud multum differat a numero [illegible] 40; hic numerus videtur potius ex litera [illegible] ortus esse, omissis punctis diacriticis. Hinc [illegible] = 50 constat ش et ف 40 + 10, quae litera ڤ diacritico adeo distinguitur puncto, vti ف. Itaque sequentes numeri constant praecedentibus, vti [illegible] = 60 ex [illegible] et [illegible] = 10 + 10 + 40, [illegible] = 90 ex [illegible] = 40 et [illegible] = 50. Numeros [illegible] 100 et [illegible] 1000 Anquetil credit expressos vocabulis *raz* [illegible] = 100 atque *ragh* [illegible] = 1000.

Itaque cum numeri Pehluici e sententia Anquetili sint literae alphabeti Parsici, quae hoc ordine sese excipiant: ف ق ر ش; vtique eo confirmari videtur, quod diximus alphabetum Parsicum cum Arabico, Hebraico ceterisque cognatum fuisse. Quum enim solae 24 literae, vti calculis computarunt alii, innumeros fere in ordines redigi queant, scilicet in 620, 448, 401, 733, 239, 360, 000 varios modos combinatorios; forte fortuna accidere non potuit, vt quatuor literae Parsicae cum Persicis conuenirent ordine pari.

Iam satis de natura scripturae Zendicae Pehluicaeque. Neque flocci aestumandum, quod nouimus, alphabetum Parsicum nihil fere differre a Neopersico; literas Zendicas et Pehluicas subesse cuneoformibus easque prodiisse vna cum aliis aliarum nationum alphabetis ex alphabeto communi primaeuo, quippe Noachico. Huc facit, quod multae literae Zendicae et Pehluicae magis adeo, quam Arabicae, quippe iuniores, congruunt cum Semiticis antiquissimis, veluti [illegible] = [illegible], [illegible] = [illegible], [illegible] = [illegible]. Sed agamus de reliquis fructibus. Quodsi aliquis ante hos viginti annos cogitasset, literas Parsicas comparare cum Neopersicis; non dubium est, quin hodie melius se haberent literaturae nostrae Zendicae et Pehluicae. Nulla enim lingua intelligi explicarique potest sine literarum cognitione recta. Quum adhuc disputatum sit de eo, quot literae fuerint Zendicae et Pehluicae, quibus literis Indicis respondeant, quo modo pronunciari debeant singulae, quumque diuersissimas in partes abierint in eo grammatici: accidit, vt multi has literas fugerent, aut felici cum successu tractare parum valerent. Nunc quidem facilius erit, libros Zendicos et Pehluicos, quotquot ad nostram aetatem peruenerunt, literis Neopersicis describere vsumque in communem edere, vocabula Parsica cum Neopersicis, quae illorum radices contineant, comparare, hinc grammaticas et glossaria instruere. Etsi MSS. Zendica et Pehluica contineant literas lectu difficiles atque incertas sine interiori linguarum harum cognitione; faciamus tamen periculum, specimina Parsica literis Neopersicis conscribendi. En initia librorum *Vendidad Sade* atque *Bundehesch.*

[illegible]

بِ نَمی کدَزدَنن پون شمی دَطَل اَنحمء فلعصطویه صطونعم صطومی اَشم

[illegible]

ووخو سفل اُوارانه مَزدَیاصنو زَرَتوسطریس وَیذَهوو اخورء تقهسو دَاطَای خذء

دَاطَای وِیدَهو وَای زَرَتوسطَرَای اشَونه اشَخه رَتُوه ےصَنَایجء وَخمَا بجء

کشنَوترَایجء

P e h l u i c e.

پون سمی دَطَر انخمء زندی اعَهی نزیصط مدم بون هدسنهی انخمء و فطیَرعی جینع

مثنذ هَو مطم چهنس ذَام من بون هدسن وذ غریَمی طونی پَصنن چهَنن من دَننی

محصطَان اَنط ییطَع اَع اَنخمء بَلصیطون پون ارصفَع هس و سفیره دین روسنه

طَامعی

His in speciminibus ab Anquetilo descriptis clare inter se distinguuntur *l* et *r* = ڵ et ڕ; quare mirum multos putare Zendicam scripturam caruisse sono *l*.

Praeterea comparatio literarum Parsicarum cum Neopersicis nostra iuuabit interpretationem inscriptionum cuneoformium, quarum gratia hanc disputationem instituimus. Iam eo enim peruenimus, vt quaeuis inscriptio Persarum cuneata non solum literis Arabicis vel Neopersicis exprimi possit, sed etiam antiquis ipsarum patriis, nimirum Zendicis et Pehluicis. Quod haud dubie maioris momenti aestumabitur. Lingua enim, qua inscriptionum cuneatarum auctores vsi sunt in Persia, non potest non conuenire cum lingua Zendica et Pehluica, quae fere eiusdem aetatis esse creditur. Sunt autem inscriptiones cuneoformes tam multae in Persia, Syria, Aegypto, Arabia, aliisque in Asiae partibus adhuc conseruatae, vt, si typis exscribi iuberentur, vix vno volumine comprehendi posse videantur. Quae inscriptiones pretiosissimae, quum saltem ad sextum vsque saeculum ante Ch. recedant atque historiam, palaeographiam, linguarum cognitionem multis a partibus illustrare valeant, sane tenebris, quibus obrutae iacent, eripi et in vsum communem protrahi merentur.

Pars IV.

De alphabeto literis Indicis subiecto.

§. 1. *Natura literarum Sanscriticarum.*

Quemadmodum alphabeta Aegyptiaca, cuneoformia, Zendicum Pehluicumque; ita Indicum quoque habetur pro singulari, reliquis non cognato. Multum vero interest scire, num Indi literas suas proprio Marte inuenerint, an aliunde arcessiuerint, an vero a maioribus quippe Noachitis acceperint. Praeterea constat, linguam inscriptionibus cuneoformibus subiectam Indicae esse simillimam, pariter atque Zendicae et Pehluicae; quare vtilissimum foret, ad scripta tum cuneoformia tum Zendica et Pehluica felicius interpretanda nosse, quibus literis Indicis initio responderint Hebraicae, Arabicae, Zendicae, Pehluicae, cuneoformes, Graecae, Latinae pro ordine harum literarum alphabetico genuino. Itaque periculum faciamus literas Sanscriticas genuinum suum in ordinem alphabeticum redigendi, via quidem palaeographica. Patet enim, e pronunciatione literarum Indicarum hodierna quidem sola parum probari posse, certas quasdam literas certis apud Persas, Graecos, Latinos aliosque literis vere respondisse. Nihil fragilius, quam genuina literae cuiusdam pronunciatio, quae pro vitae mutabilitate eandem apud gentem mirum in modum variari solet, vti solae literae ג = γ = ج = [illegible] = c, quamuis eiusdem originis sint, satis docent.

Primo quidem quis non coniecerit, literas Indicas cum Persicis antiquis, quippe Zendico-Pehluicis, hinc cum Neopersico-Arabicis cohaerere? India enim et Persia sunt terrae sibi vicinissimae, quae antiquitus vnam fere eandemque nationem continuerunt. Quid? quod vtraque lingua scatet vocabulis formisque grammaticis vtrique genti communibus, quodque mediis in versibus Zendicis reperiuntur loci Indice scripti. Itaque nouimus, quo primum nos conuertamus hac in disquisitione. Iam propius ad rem.

Grammatici Indorum veteres aeque atque recentiores in eo consentiunt, alphabetum Sanscriticum constare 48 literis, scilicet 14 vocalibus atque 34 consonis. Iam patet, huncce numerum 48 non esse fortuitum, imo secretis quibusdam inniti rationibus. Quemadmodum 25 literae genuinae, veluti Aegyptiae Semiticaeque, vt Sanchuniathon cum Beroso aliisque tradiderunt, pertinuerunt initio ad Zodiaci 24 segmenta; ita literae 36 veluti cuneoformes respondent 36 Zodiaci segmentis, atque 48 eidem Zodiaco in 48 partes diuiso, quaternis literis vnum ad Signum relatis. Vtut sit, numerantur primum 14 vocales Sanscriticae, quae nituntur 7 genuinis, quippe hae:

Vocales	breues	longae	vicariae
a	अ	आ	ा
i	इ	ई	ि ी
u	उ	ऊ	ु ू
ri	ऋ	ॠ	ृ ॄ
lri	ऌ	ॡ	ॢ ॣ
ê	ए	ऐ	े ै
o	ओ	औ	ो ौ

Quum vocales longae non differant a breuibus nisi lineola addita, quippe diacritica; claret, Indos proprie septem tantummodo signa habuisse pro vocalibus. Vocales vero vicariae aperte eiusdem sunt naturae atque vocales Arabicae et Hebraicae, quippe literis proprie sic dictis nunc impositae, nunc submissae. Itaque Indi pariter atque Aegyptii, qui septem vocalibus laudes deorum decantarunt, septem habuerunt vocales, nempe *a e i o u* omnium dialectorum communes, cum duabus insolitis, de quibus infra.

Consonae Indicae a grammaticis veteribus septem in classes diuiduntur atque ordine componuntur sequenti.

Guttural.	क	ka	ख	kha	ग	ga	घ	gha	ङ	nga
Palatin.	च	tsch	छ	tsch	ज	dscha	झ	dschha	ञ	ṅga
Lingual.	ट	ta	ठ	tha	ड	da	ढ	dha	ण	na
Dental.	त	ta	थ	tha	द	da	ध	dha	न	ṅa
Labial.	प	pa	फ	pha	ब	ba	भ	bha	म	ma
Semivocal.	य	ja	र	ra	ल	la	ळ	lra	व	va
Sibilant.	श	ṣa	ष	scha	स	sa	ह	ha	–	–

Itaque Indi videntur quamuis fere literam duplici ratione pronunciasse, nunc simpliciter, nunc cum adspiratione. Vnde patet, Indos proprie 23 consonas habuisse, demptis 12 adspiratis. Praeterea *ṅga* et *ṅa*, quum nihil fere differant a *nga* et *na*, non maioris momenti sunt literae, quam adspiratae, ideoque pro principalibus non habendae, pariter atque 12 illae adspiratae. Hinc remanent 21 consonae, quae pro genuinis Indorum habeantur necesse est. Itaque alphabetum Sanscriticum constitisse videtur 28 literis antiquis, nempe 21 consonis atque 7 vocalibus. At vero patet, inter vocales septem illas esse tres, quae ex consonis, vti اَ يِ وُ ex ا ي و, prodierint quaeque vel ipsae sint literae diacriticae consonantium. Sic quiuis videt, ϱ = *e* et ϩ = *h* easdem esse literas, diacritice scriptas; quae non magis inter se differunt quam ळ et ल. Accedit, quod aliis quoque in alphabetis litera literae ה = ε respondens nunc *h*, nunc *e* exprimit. Ergo Indi proprie solas 25 literas vere diuersas habuerunt. Et quis iam non mirabitur, totidem fuisse literas antiquitus Aegyptiorum; totidem

inquam, quot diuinus ille Thouth siue Taaut aetate diluuii constituerit. Ex quo sane colligi posse videtur, alphabetum Sanscriticum quoque esse eiusdem originis eiusdemque naturae atque Aegyptiacum, cuneoformia, Zendicum, Pehluicum, Hebraicum, Arabicum, reliqua. Nunc quae vniuerse monuimus, ne in vanum ac proterue disputasse videamur, accuratius expendere officium est.

§. 2. *Comparatio literarum Sanscriticarum cum Zendicis, Pehluicis et Neopersicis.*

Tenendum primo, literas Indorum adspiratas esse diacriticas earum, quas grammatici veteres posuerunt iuxta non adspiratas. Quod ipsarum pronunciatione et similitudine confirmatur. Sic ट et ठ non solum simillime pronunciantur *ta* et *tha*, sed etiam nihil fere differunt forma. Scilicet quemadmodum Zendicae literae diacriticae discernuntur ab antiquis maxime circello adiuncto, ita et Indicae. Videbis omnibus in literis Indicis iuxta primarias positis circellum aut lineolam adiungi pro signis diacriticis, vt alphabeto Zendico et Pehluico accidit. Ex quo patet, alphabetum Sanscriticum maxime omnium Parsico congruere. Vniuerse qui literas Indicas alio vllo cum alphabeto comparare cupiunt, eos tria in quauis litera obseruare oportet. Scilicet

1. Lineolae horizontales literis Sanscriticis superne adiunctae non pertinent ad literas ipsas, sed ad versuum lineam, in qua literae suspenduntur.

2. Literae pleraeque terminantur dextram versus lineola verticali, quae, vti praecipue e litera ा = *a* elucet, respondet vocali *ă* veluti Hebraeorum א vel Arabico ا, quippe matri, quae vocatur, lectionis. Qua quidem in lineola verticali item literae Sanscriticae propriae annectuntur permultae.

3. Quum literae Sanscriticae lineolis nunc horizontalibus, nunc verticalibus annectantur, literarum quoque lineolae, quibus annectantur, non pertinent ad literarum figuras. Sic ह *ha* priuandum primo lineola horizontali (ह), hinc lineola coniunctiua (ˊ); quo facto restat c propria Indorum litera.

Iam in comparatione literarum Indicarum propriarum cum Zendicis et Pehluicis omnino leges obseruentur sequentes.

1. Literae Indorum adspiratae, quum solo circello differant a non adspiratis pariter atque diacriticae Parsorum a principalibus, habeantur pro diacriticis literarum non adspiratarum necesse est. Quod iubent, vti dictum, pronunciationis similitudo atque Grammatici veteres, qui adspiratas iuxta inadspiratas collocarunt.

2. Pronunciatio literarum Sanscriticarum hodierna in vniuersum quidem sequenda; attamen deserenda est, vbi grammatici pugnare secum videntur. Sic च, *tsch* pronunciandum, literis gutturalibus adnumeratur; quod fieri non potest, quum *tsch* non gutture, sed lingua dentibusque proferatur. Cuius modi de literis statuendum, quod omnibus fere in linguis

obtinuit, sonos ipsarum duriores et rauciores sensim sensimque abiisse in molliores ac sibilantes, vti antiquum ג $\gamma = c$ in *gh*, hinc in *j* et *tsch* apud Italos, Anglos aliosque.

3. Quum Indi a sinistra ad dextram literas hodie exarent neque vero a dextra ad sinistram, vt veteres populi omnino; claret, literas Sanscriticas inuerti debere, quo veteribus cum literis, maxime Zendicis et Pehluicis comparentur. Accedit, Indos passim literas longiores superne inchoasse, ex quo fit, vt literae nonnullae comparandae solis **90** gradibus inverti debeant. Iam his legibus alphabetum Indicum enucleatur sequens.

	Literae antiquae					Literae diacriticae				Extra
	Neop.	et Arabice	Parsice	Indice	Pronunc.	Neop.	Parsice	Indice	Pronunc.	
1	ا	[illegible]	[illegible]	[illegible]	a. e. o.	اا	[illegible]	[illegible]	ā	[illegible] a. e. o.
2	ب	[illegible]	[illegible]	[illegible]	b	پ	[illegible]	[illegible]	b'	
3	ج	[illegible]	[illegible]	[illegible]	dsch	چ	[illegible]	[illegible]	dsch'	
4	د	[illegible]	[illegible]	[illegible]	t	ذ	[illegible]	[illegible]	t'	
5	ه	[illegible]	[illegible]	[illegible]	h	—	—	[illegible]	e	[illegible] ai
6	و	[illegible]	[illegible]	[illegible]	v	—	—	—	—	
7	ز	[illegible]	[illegible]	[illegible]	th' Angl.	ژ	[illegible]	[illegible]	th'' Angl.	
8	—	[illegible]	[illegible]	[illegible]	ri	—	—	[illegible]	rī	
9	—	[illegible]	[illegible]	[illegible]	lri	—	—	[illegible]	lrī	
10	ح	[illegible]	[illegible]	[illegible]	k	خ	[illegible]	[illegible]	k'	
11	ط	[illegible]	[illegible]	[illegible]	d	ظ	[illegible]	[illegible]	d'	
12	ی	[illegible]	[illegible]	[illegible]	j	ي	—	[illegible]	i	[illegible] ī
13	ک	[illegible]	[illegible]	[illegible]	c	گ	[illegible]	[illegible]	c'	
14	ل	[illegible]	[illegible]	[illegible]	l	—	—	([illegible]	lr)	
15	م	[illegible]	[illegible]	[illegible]	m	—	—	—	—	
16	ن	[illegible]	[illegible]	[illegible]	n	—	—	•	n'	
17	س	[illegible]	[illegible]	[illegible]	s	—	—	—	—	
18	ص	[illegible]	[illegible]	[illegible]	ç	—	—	—	—	
19	ع	[illegible]	[illegible]	[illegible]	g̃	غ	[illegible]	[illegible]	ñg	
20	ف	[illegible]	[illegible]	[illegible]	p	—	—	[illegible]	p'	
21	ق	[illegible]	[illegible]	[illegible]	g	—	—	[illegible]	g'	[illegible] ŏ [illegible] au

	Literae antiquae					Literae diacriticae				Extra
	Neop. et Arabice		Parsice	Indice	Pronunc.	Neop.	Parsice	Indice	Pronunc.	
22	ر	ر	𐬭	[illegible]	r	—	—	—	—	
23	ش	سر	𐬱	[illegible]	sch	—	—	—	—	
24	ت	ﻟ	𐬛	[illegible]	d	ث	[illegible]	[illegible]	d'	
25	ۇ	V Y	𐬎	[illegible]	u	وٓ	[illegible]	[illegible]	ū	
	Summa			25	+			18		+5=48.

Concedendum, non omnes literas Sanscriticas omnibus suis lineamentis plane accurateque congruere cum Zendicis et Pehluicis. Nihilominus stat sententia, alphabetum Indicum Parsico esse cognatum vel aequale. Videamus primum, num literae Indicae cum Parsicis conueniant pronunciatione pariter atque figura.

1) अ ex ३ et T compositum valet teste Boppio nunc *a*, nunc *e*, nunc *o*; quare अ plane respondet literae alphabeti initiali א ا, quae sane tanquam mater lectionis nunc *a*, nunc *e* et *o* exprimit. Parsicum vero 𐬀 vtique cum ३ congruit, si inuertitur. Scilicet ३ si non superne suspensum esset, sequenti cum litera coiret pro ratione scripturae Indicae. Ceterum अ et अ eaedem sunt literae paullo aliter scriptae.

2) ब, quod Grammatici *b* valere tradunt, conuenit sane cum ب et 𐬠 inuerso, si paullo magis curuatur, ita vt lineae initium ipsius cum fine coeat. Lineola media videtur esse diacritica serius adiecta, qua ब ab व = و ו discerneretur. Etiam Parsicae ›› = و, *v* similes sunt literae 𐬠 *b*.

2*) भ proprie 𐬡 = *b'* plane respondet Zendico et Pehluico *b'* = 𐬡 𐬡, si superne sic ͻ annectitur; quod multas in literas cadere diximus. Ceterum literae sunt Indorum variantes ञ et ञ = *b'*; ex quibus praecipue patet, Parsicum 𐬡 plane eandem literam esse atque Indorum *b* adspiratam. Sin alicui dubium videatur, quin ब supra dictum respondeat Zendico 𐬠; haec litera भ cuiuis persuadebit, ब et भ vtique ad Parsorum 𐬠 et 𐬡 spectare. Constat enim, भ esse literam adspiratam siue diacriticam pro ब leni, vti circellus diacriticus quoque docet; quare ब ad ب quemadmodum भ ad پ referri debet.

3) ज hodie *dsch* instar Italici *c* pronunciatum, vti Boppius auctor est, conuenit cum 𐬘 = ג *c* sono pariter atque figura. Etenim ज est 𐬘 = ج ج transversum. Diacriticam huius literae formam, circello insignitam, habemus hanc:

3*) झ *dsch'* = 𐬘 𐬘 (j) contrarie scriptis. Accidit ज et झ = ג idem atque Italico *c* = ג, Germanico *c* (*ds*), Anglico *ch* (*dsch*). Diserte veteres Grammatici ज et झ cum च (כ) ञ (ע) retulerunt ad Palatinas. Certissime ज, si non vti ג = γ = *c* Italorum ante *a o u*, sed *dsch* sonuisset, Grammatici veteres non Palatinis, sed Dentalibus vel Lingualibus adnumerassent.

4) त et थ, secundum grammaticos *t* et *th* pronuncianda, adeo conueniunt lineamentis Parsicarum literarum ﻻ = ٥ et ٯ = ۵ quippe inuersis, vt superuacaneum foret, pluribus demonstrare, alphabetum Indicum cum Parsico congruere. Ceterum quod त et थ respondent saepe Graecorum τ; caue ex eo concludere, τ = ח respondere Indicis त et थ. Notum enim est, quantopere fluctuauerit pronunciatio literarum *d t th* δ ϑ τ ד ט ח sonantium; quare facillime accidere potuit, vt Graeci vel Indi multis in vocabulis *d* mutarent in *t* siue scribendo siue pronunciando, aut vice versa.

5) ह proprie ے = *h* satis conuenit cum Parsico ۍ *h* transuerso atque hinc contrarie scripto. Cuius litera diacritica est

5*) ए = *e*, teste Boppio. Signa ے et ة enim eadem sunt, solo circello distincta. Pehluicum ۍ *h* sane cum ة quoque conuenit, atque Zendicum ۍ profecto *e* pronunciatur pariter atque Indicum ए diacriticum. Ceterum Phoeniciorum ה non solum *h*, verum quoque *e* valuisse docent alphabeta Graecum Latinumque, quae loco ה habent *E*. Quod Indicum ऐ attinet, claret hanc literam constare ex ए *h e* et vocali ے *e*, quae vel ipsa ex ۍ oriunda indicare videtur, ऐ pronunciari debere *ee* = *ē*, quemadmodum Parsi vocales scribunt geminas, veluti ىى = يى pro *ī*, ﻭ = ﻭ pro *ū*. Eodem spectant haud dubie Indorum ै, quae ے geminum siue productum exprimere videntur.

6) व = *va*, *wa* respondet sane Parsicis ﻭ ﻭ = ו, si ab eo discesseris, quod Indi finalem lineolam produxerunt vsque ad initialem.

7) ट plane conuenit cum Parsico ς = ﺯ ז transuerso. Vtique ट hodie *t* siue vt *th* Anglorum pronunciatur, teste Boppio; ex quo sequitur, ट initio durius sonuisse vti *ds* vel ζ = ז. Facillime enim accidit, vt sonus *z* vel *ds* abeat nunc in *d* vel *t*, nunc in *s* blaesum, quod innumera omnium populorum vocabula probant; neque fieri potuit, vt Indi litera ז = ζ carerent.

7*) ठ = *t'*, cum non differat a ट nisi circello diacritico, simillime literae ट sonuerit necesse est. Itaque ठ respondet sono pariter atque figura Parsicis ڗ ڑ = ژ.

8. 9) Iam sequuntur duae Indorum literae vocales, quibus reliqua alphabeta carere creduntur, neque tamen carent omnia. Scilicet vidimus, genuinum alphabetum a Thoth inuentum septem continuisse vocales, quarum duas perditas alphabetum Aegyptium reuera retinuit inter ז = 7 et ח = 10. Demonstrauimus etiam, alphabetum Persico-Arabicum antiquitus duas literas numerasse inter ז et ח, quod nomina dierum hebdomadis arguunt. Porro Arabes etiamnum insolitas vocales duas scribunt quippe ـــ et ى, quae perperam pro formis finalibus vocalis ي habentur. Cufica enim scriptura macte non solum distinguit ـد ab ـے et ـے, sed etiam ـے et ـے, quamuis cum literis praecedentibus coniungi soleant frequenter, vti specimina Niebuhriana satis docent, seorsim exarat ad instar literarum initialium. Non negamus quidem ـے et ـے passim pro ي adhiberi, quod, quum ـد ـے et ـے serius sono non differant, scribentibus licuit; negamus vero ـے et ـے ex litera ـد prodiisse iisdemque

lineamentis constare atque ﻧ. Huc accedit, quod Parsicum quoque alphabetum continet septem vocales, nimirum praeter tritas illas etiam ⸢ et ⸣, quas nemo cum vulgari ﻭ confudit quaeque multum similitudinis cum Cufico ⸢ et ⸣ habent. Denique Graecum alphabetum post ζ = ז habuit vocalem, quae antiquitus ab *h* = *H* parum differret, nimirum *H* = η *ê*, atque haud dubie ει Delphicum, vocalem *é* inquam serius perditam. Quas quidem ob causas vix ac ne vix quidem dubitare licet, quin de septem Indorum vocalibus insolitae nostrae *li* et *lri* octauum et nonum in alphabeto locum tenuerint. Sane sunt, quae huic sententiae nostrae obstare videantur, argumenta. Obieceris ऌ *li* et ॡ *lri* non esse vocales, sed consonas. At Grammatici Indici veteres omnes omnino diserte ऌ et ॡ vocalibus adnumerant. Itaque haud improbabile est, has vocales proprie *i* vel simillime sonuisse. Quo explicaretur id, quod Graeci post ζ habent η et ει, quod Parsi ⸣ = ⸣ et ⸢ = ⸢ pronunciarunt instar *e* et *i*, quod denique Arabes Persaeque promiscue vsurpant ﻧ ⸣ et ⸢. Serius demum his cum vocalibus Indi sonos *l* et *lr* coniunxisse credantur. Nec improbabile ab omni parte, Grammaticum Indicum, emortua lingua Sanscritica, vocales ऌ et ॡ ideo *ri* et *lri* pronunciasse, quoniam ऌ et ॡ simillimae essent consonis *r* et *lr*. Nolumus adstipulari iis, qui rectam vocalium ऌ et ॡ aliarumque literarum pronunciationem nostram omnino in dubium vocare maluerint. Certe nemo vnquam Grammaticus *ri* et *lri*, si vocales eorum soni fuissent secundarii, reliquis vocalibus adnumerasset. Subsistendum in eo, quod Indi ऌ et ॡ diserte vocalibus adnumerant, quodque initio septem alphabeti fuerunt vocales, quarum duae inter ז et ח locum tenerent. Satis habemus demonstrasse, Indos quoque septem vocales habuisse genuinas, quarum duas eo alphabeti loco ponere decet, vbi lacunae sunt in reliquis. Post ז enim negligi potuerunt subinde vocales quasi superfluae eodem iure atque *u* post ח in Semiticis alphabetis.

10) क = *ka* plane fere conuenit cum Parsico ﻛ et ﻛ = ح, si transuertatur. Lineola verticalis enim in क valet *a* vocalem.

10*) ख = *kha* eadem quasi litera est atque ω = خ suspensa sic ვ, si ab eo discesseris, quod circellus diacriticus seiunctim, lineola initialis paullo latior scripta sunt.

11) ट = *da*, quum lineola coniunctiua priuatur, respondet Parsicis ∾ ∾ = ط ط transuersis. Secundum pronunciationem *da* sane ट cum › = ٥ *d* comparari deberet; at parum similitudinis inter has literas intercedit. Ceterum constat, saepissime numero sonum *t* mutari in *d* vsu vulgari, atque ipsum Zendicum ط = ۶ a Parsis nunc *d* pronunciari.

11*) ध = *tha* item cum ∾ = ط conuenit transuerso, maxime cum diacritico ۶ per appendicem.

12) य = *ja*, *ya* adeo congruit cum Parsico ﻭ = ي, vt haec sola litera sufficiat ad demonstrandum, quanta sit scripturae Sanscriticae cum Zendica et Pehluica affinitas.

12*) ङ literae praecedentis diacritica eandem य figuram offert circello diacritico distinctam. Ceterum ي diacriticum deest Parsis, qui ﻭﻭ = يي eius loco adhibuerunt.

13) च = *ć* et *k*, *g*, *ch* teste Boppio, plane congruit cum Parsicis ک ـ = ـ ـ, quorum sonum quoque tuetur.

13*) छ = *ć*, *g* omnino respondet diacritico ـ et ـ = ـ inuerso.

14) ल = *l* nihil fere differt ab ل vel ـ = *l* transuerso atque supra suspenso.

14*) ∞ = *lr* litera Indorum rarissima est diacritica praecedentis, quod circelli adiuncti testantur, in Parsico alphabeto deficiens.

15) म = *m*, Parsorum ـ transuersum, quod demonstrare non opus.

16) ण = ज = ग = *na* item miro modo conuenit cum Parsico ـ = *n*, varie supra suspenso.

16*) न = *n'* diacriticum est ن inuersum, atque circello vel puncto insignitum, deficiens apud Persas veteres. Hocce न Grammatici non labialibus, sed dentalibus adnumerarunt forte tabulae causa. Omnes enim literae *n* simiter sonantes pronunciantur organis iisdem.

17) स = *s* respondet Neopersico س, Pehluico ـ = س transuerso sic ـ. Lineola coniunctoria accessisse videtur, quo facilius स et म distinguerentur.

18) श = *ç* (*ds*) totum est Parsicum ـ = ص transuersum. Eodem spectant huius literae variantes श et श, illa situ conueniens cum ص, haec item transuersa. Videsis, quanta sit vtriusque scripturae necessitas.

19) ङ = Parsico ع inuerso Hebraeorum ע. Traditur nimirum ङ sonare *nga* vel *kg*, instar gutturalis *g*; ex quo sequitur ङ non fuisse merum *n*, maxime cum Grammatici hanc literam gutturalibus adnumerauerint, pariter atque ग = ق et क = ح. Praeterea constat ע quoque sicuti Arabicum ع gutture pronunciari. Literam hanc gutturalem apud Parsos sensim sensimque in vocalem abiisse, supra diximus. Quod punctum in ङ attinet, eo distinguntur ङ et ड = *d*.

19*) ञ = ـ. Hanc literam enim cum च = ـ et ज = ـ Grammatici diserte palatinam faciunt; ex quo patet ञ cum *n* vulgari comparari non debere. Sane ञ forma discrepat ab ـ, quippe circello carens, at inferior literae ـ pars satis congruit cum ـ. Videntur Indi circellum diacriticum, quo ङ = ع ab ञ = ـ distingui debebat, lineolae finalis flexione indicasse. Certe claret literam diacriticam pro ङ esse ञ, qua, cum in Parsica scriptura reperiatur, Indica carere non potuit. Quemadmodum grammatici forte tabulae gratia ण = *n*, et न = *n* diuersis classibus adscripserunt, ita quoque ङ et ञ. Iam hanc ad literam ע, quae multis in alphabetis pro mero *o* vsurpari coepit, pertinet Indorum ओ = *o*. Quamuis haec litera constare videatur ex अ = *a* et ो = *o*; improbabile tamen non est ab omni parte, hocce ो vel ـ non ex Parsico ـ = و (*o*, *u*), sed ex ع = ע transuerso originem habere, maxime cum alia alphabeta *o* habeant pro ע. Saltem ओ initio sonuit *ao* vel *au*, ex quo facillime, vt omnium gentium linguae demonstrant, vocalis *o* prodiit. Simillimam literarum coniunctionem offert Zendica scriptura, nimirum ـ = *āo* (ـ). Denique litera औ vel ौ continet duas vocales ـ = ع, quibus *o* productior indicari deberet.

20) प = p conuenit cum ༽ p Pehluico transuerso, atque ف Neopersico, si a levibus discrepantiis discesseris. Sane प cum ب quoque comparari possit, atque ब = b potius cum ༽; nolumus tamen obtrectare iis, qui pronunciationis discrimina sequi maluerint.

20*) फ = p'. Differt enim a praecedenti haec litera solummodo linea subiuncta, qua, vt saepius vidimus, pares inter se distinguuntur literae.

21) ग = ೨ = ق. Sonat enim ग nunc similiter g, quare antiquitus durius sonuerit necesse est, nimirum k. Parsicum quidem ೨ = ק si inuertatur atque in fine suo suspendatur, vt alias, plane cum ג congruit.

21*) घ diacritica praecedentis litera, magis adeo demonstrat, quantum ق (Parsicum ೨) conueniat cum Sanscritico, proprie ॖ scripto.

22) र = r, si linea coniunctiua priuatur, plane respondet Parsico ˥ transuerso.

23) ष = s' siue *sch*. Quod, quum lineola diagonalis distinguat literas ष et प, haud dubie ч scriptum fuit, respondens Neopersico ش, Pehluico ب = ش inuersis. Sin lineolam diagonalem pro characteristica habere malueris, statuendum, Indos ч scripsisse pro Pehluico ژ = ش inuerso.

24) ड = $ḍ$ conuenit plane cum Zendico ၆ = ت transuerso. Nullius momenti est, ड nunc d pro th pronunciari, quod saepissime venit.

24*) ढ = $ḍ'$, quae propter circellum suum diacritica est litera praecedentis, parum differt a Zendico ༽ = ث, si diacritica priuatur cauda, cuius loco Indi circellum ornatius exararunt.

25) Denique उ ऊ, quae u et w valent, ex asse quasi congruunt cum Parsicis ↄ ↄ ᔕ = u, w, atque Persico و. Est autem haec litera alphabeti vltima, quippe Latinorum Graecorumque V Y, de quo supra.

§. 3. *Conuenientia alphabeti Sanscritici cum Zendico et Pehluico in vniuersum.*

Quamuis concedendum, literas Sanscriticas nonnullas a Zendicis et Pehluicis, quas ipsis comparauimus, differre partim pronunciatione partim figura; tamen negari vix ac ne vix quidem poterit, alphabetum Indicum vniuerse quidem idem esse atque Persicum antiquum, siue Zendicum et Pehluicum. Imo contendimus, *Indos quoque ab initio idem alphabetum habuisse atque Hebraeos, Chaldaeos, Phoenicios, Samaritanos, Syros, Arabes, Graecos, Latinos, reliquos. Argumenta quae sententiam hanc probent, breuiter repetere iuuabit.*

1) Alphabetum Sanscriticum ita est comparatum, vt pro genuino ac singulari haberi non possit. Quod nemo negabit, qui palaeographiae aliquam notitiam habeat. Ergo alphabetum Indicum cum aliis comparare debent, qui originem ipsius et naturam perscrutari cupivnt. Praeterea nemo credet, Indos literas suas variis a gentibus petiisse atque collegisse.

Veteres omnes, quum literis ad sonos singulares exprimendos carerent, eas proprio Marte sibi finxerunt, plerumque e literis iam vsitatis.

2) Nullum est alphabetum, quod rectius cum Indico comparari possit, quam Persicum antiquum. Etenim India et Persia sunt terrae vicinissimae, quarum linguae, vt inscriptiones cuneoformes atque libri Zendici demonstrant, antiquitus sibi simillimae fuerunt. Accedit quod ex traditione Indorum pariter atque Persarum vtraque gens antiquissimis quidem temporibus e regione septentrionali in Indiam Persiamque migrauit. Ergo alphabetum Indicum et Persicum eiusdem originis esse potuerunt, ne dicam debuerunt.

3) Cernitur autem vtriusque alphabeti affinitas potissimum in his.

a) Alphabetum Sanscriticum pariter atque Parsicum constat duplici literarum genere, quippe genuinis atque diacriticis. Diacriticae vtriusque populi literae sunt genuinae circello aut lineola adiunctiua distinctae. Apud Indos quidem grammatici veteres iuxta genuinas posuerunt diacriticas literas, quae vulgo adspiratae vocantur.

b) Literae Parsorum genuinae, missis variantibus, sunt 25 numero pariter atque Indorum. Atque vidimus, alphabetum Aegyptiacum antiquissimum a Thoth siue Taauto aetate diluuii inuentum item 25 literis constitisse. Quid? quod alphabetum Persarum cuneoforme quoque 25 literas continet, si vocales duae serius neglectae addantur. Quemadmodum alphabetum genuinum auxerunt Parsi 13 literis, ita Indi 25 vel 24.

c) Alphabetum Parsicum continet septem vocales, quippe vulgares quinque cum duabus obsoletis. Totidem habuerunt Indi, de quibus [illegible] et [illegible] respondent Zendicis [illegible] et [illegible]. Accedit, quod Aegyptii quoque septem vocales in vsu habuerunt, quodque Cufica et Neopersica scriptura gaudet vocalibus his singularibus [illegible] et [illegible], quae, quamuis pro variantibus vocalis ي habeantur, nullo pacto palaeographice deriuari queunt ab [illegible] = ي.

d) Literae Sanscriticae, quae eodem modo vel simillimo pronunciantur atque Zendicae et Pehluicae, easdem figuras habent. Scilicet literae Sanscriticae, quum Indi contrarie scripserint Persis, inuerti debent, quo comparentur cum Parsicis. Item singulae Indorum literae priuari debent lineolis horizontalibus et verticalibus, quas Indi adiecerunt ad vocalem *a* inserendam atque ad literas vna in linea suspendendas. Iam lineamenta literarum Sanscriticarum, demptis lineolis verticalibus et horizontalibus, cum literis Zendicis et Pehluicis transversis adeo congruunt, vt in oculos statim incurrat, alphabetum Sanscriticum non esse aliud quam Parsicum. Quis quaeso vnquam sane negabit e. g. [illegible] et [illegible], [illegible] et [illegible], [illegible] et [illegible], quas eodem modo vel simillimo pronunciare iubent grammatici, esse literas easdem? Et sic permultis in aliis. Sunt sane literae Indicae, quae longius recedant a literarum Parsicarum lineamentis; at paucissimae. Et quis nescit, quantopere apud veteres literae sensim sensimque mutatae fuerint ante artem typographicam inuentam. Certe ex eo, quod literae nonnullae Sanscriticae parum quadrant Parsicis, nemo facile probauerit, Indicum alphabetum plane differre a Zendico et Pehluico. Dixerit aliquis, literas Sanscriticas Parsicis dissimiles aliunde

petitas esse; sed patet, etiam diacriticas literas, quae sonis inseruiunt exprimendis literarum genuinarum non propriis, quae inquam facillime omnium aliis ex alphabetis arcessiri poterant ac debebant, has quoque e literis genuinis fictas et formatas esse veluti ठ ex ट, फ ex प. Fieri non potuit, vt alphabeta Indicum et Parsicum, quamuis initio paria, manerent eadem, postquam hae nationes aliam vitae rationem, alios vsus, alias artes, alia fata sequerentur. Nullo autem modo accidere potuit forte fortuna, vt duo diuersos apud populos sibi simillima orirentur alphabeta, quarum literae sonis figurisque adeo inter se conueniunt, vt Sanscriticae et Parsicae pleraeque.

4) Quod diximus alphabetum Indicum cum Parsico, Hebraico, Aegyptio aliisque consentire, id etiam confirmatur mythologicis rationibus. Scilicet alias demonstrauimus [1], alphabetum Hebraicum siue Chaldaicum antiquum constare rerum imaginibus diis planetis deinceps sacrarum. Sic secundum theologiam gentilem antiquam omnibus populis communem Marti sacra erant ostiorum valuae, aquae motus et vndae, dentes; atque in alphabeto Chaldaico, si diuiditur deinceps inter septem planetas, in Martem cadunt ד ostiorum valuae, מ aquae vndae, ש dentes. Apud Aegyptios vniuerse singula hieroglyphica eos significant sonos, qui in alphabeto genuino cadunt in planetas, quorum symbola vel sacra sunt eadem hieroglyphica. Sic ⌒ significat *a*, quia א cadit in Lunam, Lunaeque symbolum ⌒ est. Iam idem apud Indos antiquitus valuisse videtur. Tradunt enim grammatici Indici, vti Boppius docuit, varias literas variis diis esse sacras. Imo patet, easdem literas, quae v. g. apud Chaldaeos Aegyptiosque Ioui pertinent, easdem apud Indos quoque Ioui adscribi. Sic deo *Siua*, qui significat Iouem siue certas naturae vires et partes, ideam dei Iouis exhibentes, adscribuntur literae ङ = ע, ञ = ע̇, ट = ت, ठ = ث, ण = ن. Quis non mirabitur, etiam hac in re consentire alphabetum Sanscriticum cum Chaldaico Aegyptioque antiquo. Ceterum hic cautio quaedam adhibenda est. Scilicet Indi varias literas pluribus diis tribuerunt; ex quo factum, vt nostrates ex traditione Indorum mythologica illa aliquid concludere noluerint. Nimirum alphabetum genuinum, de quo infra fusius, ad Zodiacum pertinuit, cuius praesides fuerunt apud Indos Trimurtis, Trias inquam ex iisdem diis primariis planetariis constans. Hinc accidit, vt literae partim pertinerent ad deum ipsis proprium, partim ad deum segmento Zodiaci tripartiti praepositum. Praeterea Indi diserte alphabetum suum vocant *literas deorum;* ex quo iam sequitur, literas Indicas diis adscriptas fuisse pariter atque Chaldaicas et Aegyptias. Adde Persas etiamnum singulas alphabeti literas deinceps ad Zodiaci referre signa, quorum praesides vel domini planetae dii habebantur. Sufficit monuisse, alphabetum Sanscriticum mythologicis quoque rationibus consentire cum aliis antiquissimis.

---

1) Systema astronomiae Aegyptiacae p. 370.

5) Denique eodem facit ordo literarum Indicarum, ex numeris perspicuus. Numeri enim Sanscritici ita comparati sunt, vt pro arbitrariis signis haberi nequeant. Imo quum veteres omnes literis alphabeti deinceps numeros expresserint, numeri quoque Sanscritici ad alphabetum referri debent. Absonum foret putare, numeros nationis antiquissimae aliunde arcessitos fuisse, maxime quum numeri Indis essent necessarii ex quo tempore scriberent. Noli prouocare ad numeros Arabicos, qui eiusdem originis sunt. Itaque putamus nouem Indorum numeros respondere nouem primis alphabeti literis, quorum ordo sic se habet.

	Numeri	Literae			Zendice			Persice	Hebraice
1	१	[illegible]	अ	a	[illegible]	[illegible]	a	آ	א
2	२	[illegible]	ब	b′	[illegible]	[illegible]	b′	پ	ב
3	३	[illegible]	क	g′	[illegible]	[illegible]	g′	چ	ג
4	४	[illegible]	घ	d′	[illegible]	[illegible]	d′	ذ	ד
5	५ ५	[illegible]	ए	e	[illegible]	[illegible]	e	ه	ה
6	६	[illegible]	ऊ	uw	[illegible]	[illegible]	uw	ؤ	ו
7	७	[illegible]	ठ	ds′	[illegible]	[illegible]	ds′	ژ	ז
8	८ ८		[illegible]	η	[illegible]	[illegible]	η	[illegible]	—
9	९ ९		[illegible]	ει	[illegible]	[illegible]	ει	[illegible]	—

Vtique numeri Indorum primi 1. 2. 3. habentur pro arbitrariis, pro vnitatis repetitionibus; vereor vt recte. Nam १ literae [illegible] similius, quam lineolae I. Faciamus vero १ २ et ३ esse mera signa numeralia instar Aegyptiorum [illegible], restat videre de reliquis. Coniicimus numeros Sancriticos in vniuersum esse literas diacriticas paullo mutatas, siue consilio, siue negligentia scribarum. Claret, numeros nonnullos, quippe antiqua adhuc ratione scriptos, inuertendos esse. Numerus २ egregie cum [illegible] b′ Zendico conuenit, atque ३ cum क transuerso. Quod numerum 4 = ४ attinet, breuitatis caussa lineam infra positam fecerunt rotundiorem, superiorem vero apertam. Numerus 5 = ५ haud male congruit cum [illegible] transuerso. Signum ६ fere idem est atque ऊ. In ७ accidit, vt arcus superior euaderet laxior, inferior vero rotundior. Numerus 8 vero plane quasi congruit cum vocali ι = η, atque 9 aliquantulum similitudinis cum [illegible] retinuisse videtur. Vtut est, numeri Indici non sunt arbitrarii, imo, quod de plurimis saltem valet, literis alphabeti primis diacriticis simillimi.

Iam si alphabetum Sanscriticum non est genuinum ac singulare; si verum, has literas cum Zendicis et Pehluicis maxime consentire atque eodem ordine sese excipere, quo literae Hebraicae aliaeque permultae veniunt: inde varios fructus colligere valebit philologia et historia.

§. 4. *Conclusio.*

Ad linguas parum adhuc cognitas pertinent Zendica et Pehluica, quare etiamnum caremus Grammatica et Lexico ad libros Persarum sacros. Constat autem linguam, qua libri Zendici et Pehluici sunt conscripti, arctissime cohaerere cum Indica. Hinc non exigui momenti erit, quod nunc valemus, quoduis vocabulum Sanscriticum exprimere literis Hebraicis, Parsicis, Arabicis iis, quae antiquitus pro alphabeto genuino essent eaedem. Facilius erit, inuenire radices linguae Parsicae inter Sanscriticas, versaque vice. Quo facto rectius iudicare licebit de vocabulorum innumerorum significatu vero, totidemque commenta delere. Quid? quod integra scripta Sanscritica typis iam exscribi possunt omnibus cognitis ita, vt sua sponte appareat, quibus literis proprie Indi vocabula expresserint. En specimen!

حِن دِه چِعا دَهِر مُتَ مهاطَنُرطَرَهِر اَنيُشيَع حَرَم حرِٔدودَقّارَم: هِدِا وِارا بَدَيُا مَا سَمِدَا ذا وا
הַנ דֶה געא דַהִר מְתַ מהַאטַנְרטַרַהִר אנֶישַׁיע חַרַם חרֶדוּדַקארם: הֶדָא וארא בַדיא מאֶ סַמֶדָא נא וא

صِاش حِا صجاطيهَا سدِا يُتته
צָאשַׁ הא צגאטיהַא סדא יְתתָהֶ cet.

Forte non accidit, vt in nostra alphabeti Indici cum aliis comparatione vbique verum rectumque viderimus; id autem effecisse speramus, vt alii harum literarum peritiores via, quae aperiri coepta est, felicius progredi valeant. Saltem longius dubitari non licebit, quin alphabetum Sanscriticum non sit genuinum, sed reliquis cognatum, praesertim Zendico et Pehluico.

Porro philologi a multo inde tempore studuerunt illustrare linguam Graecam, Latinam, vernaculam aliasque eo, quod demonstrarent nomina, particulas orationis, formas grammaticales deriuari ab Indicis. Etsi, quid inde euenire debeat, constet, nimirum, omnes linguas eodem ex fonte prouenisse; multum tamen interest atque intererit scire, qua ratione variae deinceps linguae et dialecti oriri potuerint, quas leges omnino natura humana sequatur in formandis et transformandis rerum nominibus, verbis et formis. Qua in re opus est scire, quomodo singulae literae initio seriusue pronunciatae fuerint, quibus ex legibus certi literarum soni abeant in alios nunc nouos nunc aliis literis proprios. Facillimum est vocabula deriuare ab Indicis falsis absque interna literarum Sanscriticarum cognitione.

Inprimis iuuari videtur interpretatio inscriptionum cuneoformium eo, quod iam valemus singulas literas cuneoformes exprimere Sanscriticis nempe ipsarum cognatis. Nouimus enim linguam inscriptionibus cuneoformibus subiectam non esse Neopersicam neque Zendicae et Pehluicae solis tantummodo affinem, sed maximam partem Indicam veterem. Quam ob causam, literas cuneoformes expressuri Sanscriticis respondentibus ipsis pro alphabetico ordine, facilius tutiusque cuneoformes reperire poterunt inter Sanscriticas pariter atque Zen-

dicas, Pehluicas et Neopersicas. Cuius generis periculum faciamus transcribenda inscriptione Xerxis, quam collega coniunctissimus Prof. Beer nuper publici iuris fecit.

1) [cuneiform], Sanscritice भग, Zendice Pehluiceque [Zend], Neopersice بق, Hebraice בק [cuneiform] = उठग्रख = [Zend] = ورزخ = וזרח [cuneiform] = अउरमठधम्र = [Zend] = اورمزظا = אורמזטא 2) [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = मतइमउ = [Zend] = مديضت = מדיצת [cuneiform] = बगमणमम = [Zend] = بقانام = בקאנאם 3) [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = इमम्रम = [Zend] = يمام = ימאם [cuneiform] = बऊपइम = [Zend] = بوفيم = בופים [cuneiform] = म्रधम्र = [Zend] = اظا = אטא 4) [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = म्रऊम = [Zend] = اوم = אום [cuneiform] = म्रसमम्रणम = [Zend] = اصمانم = אצמאנם 5) [cuneiform] = म्रधम्र = [Zend] = اظا = אטא [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = मरउदउम = [Zend] = مرتيعم = מרתיעם [cuneiform] = म्रधम्र = [Zend] = اظا = אטא 6) [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = मइउम्रउइम = [Zend] = ضيعاتيم = צֿיעאתים [cuneiform] = म्रधम्र = [Zend] = اظا = אטא 7) [cuneiform] = मरउइकउम्र = [Zend] = مرتيعاكا = מרתיעחעא [cuneiform] = कउ = [Zend] = ح = חע [cuneiform] = कमउम्ररमम्रम = [Zend] = كضعارضام = כצֿעארצֿאם 8) [cuneiform] = कमम्रउतउम = [Zend] = كضاعديعم = כצֿאעדיעם 9) [cuneiform] = म्रजऊणऊम्र = [Zend] = اغونوض = אעונוצֿ [cuneiform] = म्रइउम = [Zend] = ايوم = איום [cuneiform] = भलऊणम्रम = [Zend] = پلونام = בלונאם 10) [cuneiform] = कमम्रउतइम = [Zend] = كضاعديعم = כצֿאעדיעם [cuneiform] = म्रइउम = [Zend] = ايوم = איום 11) [cuneiform] = भवऊणम्रम = [Zend] = پوونام = בוונאם [cuneiform] = वरामम्रउम्ररम = [Zend] = ورماتارم = ורמאתארם 12) [cuneiform] = म्रधम =

[illegible] = [illegible] = [illegible] [illegible] = [illegible] = [illegible] =
[illegible] = [illegible] [illegible] = [illegible] = [illegible] =
[illegible] = [illegible] cet. Quae inscriptio Cufice sic se haberet:

[illegible]

Quemadmodum Persicae inscriptiones cuneoformes, ita Medicae, Assyriae et Babylonicae quoque facilius et tutius aliquando explicabuntur eo, quod literae Sanscriticae pro ordine alphabetico comparari poterunt cum cuneoformibus Medorum, Assyriorum et Babyloniorum. Persuasissimum nobis habemus, has quoque cuneorum coniugationes, quamuis a Persicis differant, non esse arbitrarias, sed legibus artis combinatoriae adstrictas. Quod breuiter demonstrare studuimus Tab. IV. et V. Tantum abest vt haec alphabeta pro perfectis vendere velimus, vt potius paucissimas literas pro certis habeamus. Primum enim literae Medicae et Assyriae cuneoformes iustum combinatorium in ordinem redigi nequeunt, si desunt aliquot coniugationes cuneorum. Quod accidit nobis. Ex inscriptionibus enim, quas ad manus habuimus, haud numerosis, iustum literarum numerum excerpere non valuimus. Quare opus fuit, nonnullas cuneorum coniugationes de coniectura inserere. Iam si certa quadam in classe coniugatio talis quaedam falso in loco inserta fuerit; claret totum huius classis ordinem turbari, hincque cum literis cuneoformibus falsas Persicas comparari debuisse. Eodem rediret, certam cuneorum coniugationem duobus in locis inserere. Quum enim literae cuneoformes veluti in Milliniana inscriptione vna deinceps serie absque spatio intermisso scribantur, facile accidit, vt initium sequentis literae trahatur ad praecedens, versaque vice. Quae vitia euitari potuissent, si harum literarum periti pluribus inscriptionibus instructi singulas cuneorum coniugationes enumerassent ante nos. Nihilominus nos speramus fore, vt aliquot literae Tab. IV. et V. definitae aliorum lucubrationibus serius ocius confirmentur. Confirmabitur forsan, literas Medorum et Assyriorum pariter atque Babyloniorum cuneoformes esse combinationes cuneorum mathematicas, quarum soni eodem ordine atque literae alphabeti Neopersici sese excipiant. Forte aliis iam contigisset explicare vocabula nonnulla cuneis Medicis et Assyriis expressa, si quaedam obstacula sane inexpectata non obfuissent. Nemo de eo cogitasse videtur, primum in scriptura Medorum et Assyriorum cuneoformi tum consonas cum vocalibus, tum consonas cum consonis coniunctas exprimi; deinde inter literas et vocabula sibi proxima negligi cuneos pares, breuitatis gratia. Hinc claret, cur inscriptiones cuneoformes Assyriae breuiores sint Medicis atque Persicis. Scilicet Parsi quum literas Zendicas et Pehluicas admodum curuas in saxis adhibere commode non possent, inuenerunt scripturam cuneatam simplicem, quibus singulae consonae et vocales cuneis exprimerentur facile excidendis.

Iam cum viderent hanc scripturam, qua solum Achaemenidarum nomen integrum versum explet, nimis temporis et spatii requirere, inuenerunt similem, qua consonae cum vocalibus comprehenderentur; denique tertiam vulgo Assyriam dictam, multo curtiorem, consonas cum consonis coniungentem. Qua in re retinuerunt Indicam literarum in classes diuisionem. Hinc cuneos quoque inter duas literas pares neglexerunt, quo plura possent vno in versu comprehendere vocabula.

Hae sunt leges primariae, quas secuti sumus in vocabulario cuneoformi Persico, Medico et Assyrio instruendo, infra posito. Quo ad linguas inscriptionum huius generis eruendas aliquid conferri posse speramus.

Corollarium.

Quod compertum est lucubrationibus nostris de alphabeto genuino Aegyptiorum atque Asianorum literis Hieroglyphicis, Zendicis, Pehluicis, Sanscriticis atque Persarum, Medorum et Assyriorum cuneoformibus subiecto; id non exigui momenti est ad confirmandam nostram de communi omnium alphabetorum origine sententiam, quam nuper publice proposuimus [2]). Compertum est enim id, signa Aegyptiorum hieroglyphica non esse alphabeto anteriora; sed, quod ipsorum numeri testantur, posteriora, quippe alphabeto fundata eodem, quod Chaldaicum, Hebraicum, Graecum aliaque progenuit. Item vidimus, literas quoque cuneoformes, Zendicas, Pehluicas, Indicas eodem niti 25 literarum alphabeto, quocum illae ordinem, pronunciationem atque partim figuras habeant communia. Multis sane nouum atque inauditum visum fuerit, quod contendimus omnium gentium literas communi ex fonte prodiisse atque Noachidis ipsis deberi. Nondum enim demonstratum erat, partim scripturam hieroglyphicam, quam etiamnum permulti pro prima ac genuina habent, ex alphabetica prodiisse; partim tot gentium literas Hebraicis maxime dissimiles, arctissime cum Hebraicis genuinis cohaerere. Iam cum omnium fere populorum atque terrarum toto quasi coelo inter se distantium literae cernantur numero, ordine, potestate ac figura inter se consentire; facile multis persuadebitur, alphabetum nostrum vere aetate diluuii inuentum fuisse.

Iuuabit hoc loco breuiter repetere argumenta, quibus tum sententiam nostram fulcire studuimus, praesertim cum subinde noua veterum testimonia nouaque argumenta sese nobis obtulerint.

1) Apud omnes fere nationes traditio est, alphabetum aetate diluuii inuentum esse vel propagatum a viro illo, qui saluus e diluuio euaserit. Licet haec persona variis nomini-

---

2) Vid. Fascic. VI. huius operis Lips. 1835. Unser Alphabet ein Abbild des Thierkreises mit der Constellation der 7 Planeten vom 7. Sept. d. J. 3446. v. Ch. cet.

bus appelletur: Noach, Thoth, Taaut, Sisustro, Sesostris, Menu, Fohi, Deucalion, Cadmus, Kaiomords, Ballder, Toppi atque aliter; claret tamen vnum tantummodo diluuium fuisse idque vniuersale, vnumque Noam, quem variis cognominibus appellarent veteres. Omnium enim traditiones in eo consentiunt, illud diluuium fuisse vniuersale. Accedit, quod omnes diluuium, cuius vestigia vbique terrarum patent, eidem fere saeculo, quid? quod eidem mensi et diei adscribunt; porro quod omnes historiam diluuii pari modo narrant certe in rebus primariis. Ceterum quis putet, Mosem fallere valuisse gentes tum temporis viuentes. Cum has, tum alias ob causas permultas negari nequit, diluuium fuisse generale 9 menses durans, cuius aetate (3446 a. Ch.) Noah, cui Coranus ipse librum tribuit, alphabetum, vt veteres tradunt, inuenerit [3]).

Quae traditio, vt diximus, maxime alphabetis veterum ipsis confirmatur. Omnium enim fere alphabeta inter se consentiunt literis principalibus 25 primis, nimirum Chaldaicum vel Hebraicum, Persicum, Arabicum, Phoenicium, Samaritanum, Syriacum, Parsica, cuneoformia, Sanscriticum, Graecum, Latinum, Aegyptiacum multaque alia. Quid? quod scripturae quoque Sinicae, vt Remusat docuit, alphabetum 24 literarum subest. Quae alphabeta conueniunt inter se

a) *ordine literarum.* Omnia enim incipiunt ab א ב ג, *a b c*, *α β γ* et s. p.; omnia post *m* habent *n*, atque in omnibus literae vocales inter consonas reperiuntur certis in locis insertae.

b) *numero literarum primariarum.* Vtique populi varii alphabetum antiquum auxerunt in fine nouis ac diacriticis e. g. Latini tribus *x y z*, Graeci quatuor *φ χ ψ ω*, Persae 13, Indi 24, atque pro singulis literis Aegyptii subinde peruaria signa vel formas inuenerunt. Tamen literae veterum antiquae numero quoque inter se consentiunt. Alphabetum enim a Thoth siue Taaut inuentum continuit, vt Plutarchus diserte memorat, 25 literas; atque totidem fuerunt reliquis, si discesseris a tribus, quas, quum aliis literis exprimi possent, plerique ex alphabeto eiecerunt. Sic Hebraei post ת habuerunt, vt Psalmi alphabetici docent, vocalem *V*, quae apud Latinos, Graecos, Etruscos, Teutones, Indos atque in scripturis cuneoformibus Zendicaque et Pehluica non periit. Item inter ז et ח plerisque in alphabetis exciderunt vocales duae, quas soli Aegyptii, Indi tanquam *li* et *lri*, Graeci tamquam *η* et *ει* Delphicum, nec non Zendica et Pehluica scriptura cum Cufica tamquam *ê* et *î* retinuerunt. Diserte enim veteres septem alphabeti vocales memorant, quare praeter א = *α*, ה = *ε*, י = *ι*, ע = *ο*, *V* = *Y* antiquitus duae adfuisse debuerunt, praesertim cum index dierum hebdomadis apud Arabes lacunam duplicem habeat inter ז et ח, quumque Aegyptii

---

3) Vid. *Pojana:* Della Universalita del Diluvio; in Poligrafo di Verona 1832. T. XI. Fasc. XXVI. p. 145. col. Illgens Zeitsch. f. histor. Theol. T. IV. Vol. 2. p. 1. sqq.

eodem loco numerent duas vocales pariter atque Indi. Iam ex comparatione alphabetorum antiquorum sequitur literas genuinas **25** hocce ordine positas fuisse:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	200	300	400	500	600	700
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	η	ει	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת	V

de quibus vocales erant septem sequentes:

א	ה	ה	ה̈	י	ע	ף
α	ε	η	ει	ι	ο	Υ
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

c) *figuris literarum.* Quamuis enim lapsu temporum, varietate scribentium, inconstantia vitarum multisque aliis causis factum sit, vt hodie omnes fere nationes alias habeant literas; constat tamen inter palaeographos, nullum esse alphabetum, quin literas contineat aliis similes atque a protypo quodam deriuandas. Profecto apud diuersissimos populos reperiuntur literae, quae iisdem lineamentis pariter atque sonis constare videantur. Sic *M* et *N* multum similitudinis retinuerunt apud Graecos, Latinos, Phoenicios, Parsos, Indos aliosque. Omnino affinitas literarum eo magis demonstrabitur, quo plures inscriptiones vere antiquae varios apud populos sensim sensimque inuentae fuerint. Quo spectant ipsae Sinensium literae.

d) Denique alphabeta antiqua etiam numericis et mythologicis rationibus inter se consentiunt. Nemo nescit, veteres fere omnes literis non solum sonos oris, sed numeros quoque expressisse. Grauissimum vero est, alphabeta antiqua internis maximeque abstrusis rationibus quibusdam consentire. Scilicet constat, literas Hebraicas, Graecas aliasque esse imagines rerum apud veteres sacrarum, scilicet earum, quarum nominibus literae appellentur. Sic A = א = *Aleph* (taurus), R = ר = *Resch* (caput) offerunt delineationes tauri, capitis, Diis planetis consecratorum, et sic porro. Idem cadere in literas Aegyptiorum hieroglyphicas, neminem fugit. Iam vero demonstrauimus, literas alphabeto antiquo proprias secundum symbolicam veterum sapientiam ita esse dispositas, vt singulae deinceps, quum mythologice sumantur, eodem ordine sese excipiant atque dii planetae apud veteres, scilicet hoc ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄. Sic ב bathus, ג camelus, ד valua vtique sunt deinceps planetis ♀ ☉ ♂ sacra. Item veteres ל flagellum et ר caput consecrarunt Soli, מ aquas Marti, נ pisces Ioui et sic in reliquis. Hinc series literarum plures in se continet ordines sacramentorum planetariorum. Quam seriem consonantium interrumpi vocalium serie, quum alius naturae sint, non est quod miremur. Iam hae mythologicae literarum rationes non cadunt solummodo Hebraicum in alphabetum, sed in Aegyptiacum quoque et Indicum, vti vidimus. Quemadmodum Chaldaei ve-

teres, ita Indi et Aegyptii quoque literas נ ע ח adscripserunt ♃ deo. Itaque alphabeta veterum fere omnia, quum permultis in rebus, ab ipso etiam arbitrio humano pendentibus, conueniant, confirmant id, quod veteres tradunt, Noam aetate diluuii inuenisse literas. Quodsi alphabetum semel et saepius varias apud gentes inuentum esset, tot alphabeta adeo inter se non consentirent. Maximum foret miraculum, variis ex hominum ingeniis idem plane alphabetum enasci. Faciamus, literas nostras aetate Mosis inuentas sensim sensimque reliquos ad populos transiisse, quid tum? Obstant primo diserta veterum testimonia. Deinde quaeuis natio alphabetum aliunde petitum mutasset suo ex genio. Certe nomina literarum obscura transtulissent in vernacula, literas superfluas eiecissent, nouas adsciuissent, ordinem vocalium et consonantium correxissent, figuras difficiles facilioribus expressissent.

2) Non sufficit, veteres in vniuersum referre ad diluuii aetatem alphabeti inuentionem; sunt quoque traditiones hac de re multo accuratiores, ex quibus patet, *quomodo* et *quando* Noah alphabetum instruxerit. Scilicet Sanchuniathon antiquissimus Phoenicum historicus haec narrat: Taautum decimum a Protogono (primogenito) progenitum, ergo Noam decimum ab Adamo progenitum, post finem diluuii, quum terrarum regiones inter deos planetas diuiderentur, inuenisse alphabetum, ita quidem, vt imitaretur Zodiacum siue duodecim signa coelestia, *Panim* (ὀψεις) dicta, duodecim deorum domos[4]. Qua ex traditione apparet, alphabetum initio ad Zodiacum spectasse, qualis ille fuerit sub finem diluuii comparatus ac septem veterum planetis distinctus. En traditionem maxime singularem, quae, quod magis mirari licet, reperitur apud Chaldaeos, vt nuper cognouimus. Scilicet Berosus apud Syncellum narrat, Xisuthrum (Sesostridem), decimum a primo rege progenitum, cuius aetate diluuium vniuersale acciderit, alphabetum item ex Zodiaco sumsisse. Scilicet hunc virum, adventante diluuio, quod Berosus Mosaico simillimum narrat, a Deo quodam monitum die 15. (leg. 17.) mensis Daesii (secundi ab anni principio), curasse, vt literae reconderentur in vrbe Solis dicta Sispara, ex qua ille alphabetum, finito diluuio, resumserit atque hominibus posteris tradiderit[5]. Pro *Σισπαρα* legendum cum *Scaliger* *Σιππαρα* h. e. vrbs literarum. Facile enim in MSS. *ΠΠ* in *ΣΠ* mutari potuit atque *Σιππαρα* probabiliter deriuatur a ספר scribere, numerare, סִפְרָה liber. Itaque ex traditione Babyloniorum Noah alphabetum, finito diluuio sumsit ex Zodiaco. Quid sibi vellet enim vrbs Solis quaedam terrestris, quid iuuasset

---

4) Euseb. Praep. Euangel. I. 10. *Τααυτος μιμησαμενος τον οὐρανον, των θεων ὀψεις —, διετυπωσεν τους ἱερους των ϛοιχειων χαρακτηρας κ. τ. λ.* Cuius loci explicationem vid. in Seebode et Jahn Jahrbücher f. Philologie 1834. Supplement. II. Fasc. 4. p. 595.

5) Syncellus Chron. p. 31. 32. ed. Par. *Κελευσαι οὐν (Ξισουθρον) δια γραμματων παντων ἀρχας και μεσα και τελετας ὀριξαντα* (al. *ὀρυξαντα*) *θειναι ἐν πολει Ἡλιου Σισπαροις — και (μετα τον κατακλυσμον) ὡς εἱμαρται αὐτοις ἐκ Σισπαρων ἀνελομενοις τα γραμματα διαδουναι τοις ἀνθρωποις — ἐλθοντας τουτους εἰς Βαβυλωνα τα τε ἐκ Σισπαρων γραμματα ἀνορυξαι κ. τ. λ.*

recondere literas sub terra? Quis recondiderit literas, quae facile memoria retinentur, quasque nemo hominum ex terra protrahere valuisset post diluuium, quod nullius vrbis, nulliusque domus vestigia reliquit, quod arbores fortissimas deiecit atque arena ad 100 pedes alta lapillulisque per totum terrarum orbem sepeliuit? Ergo cogitandum de vrbe non terrestri, sed coelesti. *Πολις Ἡλιου* est dominium Solis siue Zodiacus, in quo medius Sol constanter regnat, mouendo se vires exercet. Sane hoc Solis dominium vocauit Berosus vrbem literarum Sippara, atque ex Phoenicum traditionibus literae e Zodiaco venerunt.

Iam disertis his Phoenicum et Babyloniorum traditionibus accedunt aliae haud multo obscuriores apud Graecos, quibus illae confirmantur. Graecorum Cadmus ille literarum inuentor haud dubie idem est atque Noah. Non negemus iuniorem quemdam fuisse Cadmum (principem); contendimus autem Graecos huic adscripsisse, quod antiquo conuenit, siue varias personas, quum simile quid fecerint, eodem nomine insigniuisse. Cadmus quidem senior, quum primus vineam plantauerit, pater Semeles (vineae), quacum Iupiter (Sol) Bacchum (vinum) progenuit, orgiorum auctor ille non potest non pro Noah haberi. Hicce Cadmus vero ex traditione Graecorum draconem (Zodiacum draconis instar plicatum) superauit, ita vt ipsius seminaret dentes (Zodiaci segmenta), ex quibus prodirent bellatores (literae) conditores Thebarum (scientiae). An credes historiam Cadmi non esse allegoricam?

Item apud Sinenses traditio est, Fohi (Noam) finito diluuio inuenisse literarum diagrammata contemplando puncta (stellas) in dracone Lungma (Zodiaco).

Ipse Hyginus (Fab. 277.) refert, *Μοιρας* esse literarum *ABHLIY* auctores. *Μοιραι* vero illae siue Parcae hoc loco non sunt terrestres, sed sidericae *μοιραι* i. e. segmenta vel gradus Zodiaci astrologici. Hinc, quum Zodiacum veteres fecerint tripartitum, literae *AB*, *HL*, *IY* significant forte tria Zodiaci segmenta. Certe *A* initium, *Y* = *V* finem alphabeti innuvnt, quippe literis 25 constantis.

Denique Apocrypha ad Vet. Test. librique cabbalistici saepius memorant, literas ad coelum pertinere[6]). Atque Persae etiamnum literas ا ب ج د reliquas deinceps referunt ad Signa Zodiaci ♈ ♊ ♉ reliqua.

Quas quidem ob causas negari nequit, veterum ad traditiones alphabetum fuisse imaginem Zodiaci sub finem diluuii.

3) Sin alphabetum imago Zodiaci fuit sub finem diluuii, sequitur, in eo fuisse notas planetarum quoque tum temporis in Zodiaco conspectorum. Qui diluuio finito signa coelestia alphabeti literis deinceps exprimere studuit, is non potuit non planetarum quoque in Zodiaco loca innuere pro die 7. Sept. 3446 a. Chr. Hoc enim die hocque anno diluuium nouem

---

6) Testamentum XII Patriarch. Basnage Hist. des Iuifs T. VI. L. 9. c. 8. 20. 21. 23. Picus Mirandola Astrolog. L. VIII. c. 5. p. 443., quos citat Calmet Bibl. R. Wörterb. s. Buchstaben p. 662.

menses durans cessit; hoc stella clarissima Spica Virginis dicta primum heliacice orta ex radiis Solis prodiit; quod sequentia docent.

a) die 7. Septembris Iuliani cessit diluuium. Coepit enim, teste Mose, die 17. mensis secundi atque durauit 9 menses integras vsque ad diem, quo columba emissa non rediret. Moses vero, quum Aegyptiacum retineret annum in 12 menses dierum 30 diuisum, quumque 1867 a. Ch. ab aequinoctio autumnali inciperet annum; diluuii initium fecit diem 47 post aequinoctium dictum, ergo 8. Nouembris Gregoriani. Eodem vero die Aegyptii dicunt Osiridem a Typhone in arca inclusum, nimirum die 17. Athyr, siue secundi ab aequinoctio tum temporis. Typhonem significare inundationem, Osiridem vero Noam, tota de his personis fabula docet. Porro secundum Chaldaeos quoque teste Beroso, vt vidimus, diluuium coepit die $\overline{IE}$ Daesii i. e. haud dubie $\overline{IZ}$ die 17. secundi mensis. Ceterum secundum Graecos quoque et Indos diluuium durauit 9 menses. Dicitur enim Deucalion nouem per dies sua in arca inclusus fuisse atque constat, veteres allegorice saepius dies pro mensibus, menses pro annis sumsisse versaque vice. Eodem spectant 9 Auatarae Indorum, quorum temporum delapsu inundatio ac regeneratio terrae absoluta fuerit; eodem quoque nouem anni, quibus Sesostris (Noah), vndecimus a Mene (Adamo) dynasta totius Asiae dominus euaserit. Sesostris enim, qui ingentem suam nauem finita nauigatione in coelo posuisse dicitur, quique nouam historiam (postdiluuianam) apud Manethonem libro secundo incipit, Aegyptiorum est Noah vel, vt alias demonstrauimus, Cham Noae filius. Itaque veteres in eo consentiunt, diluuium post nouem menses desiisse die 7. Septembris Iuliani, siue 12. Augusti Gregoriani. Iam vero quaeritur, quod multis erui hodie non posse videbitur, quo anno diluuium acciderit.

b) Anno 3446 a. Ch. diluuium cessisse, facile erit demonstrare, quum certa i. e. astronomica ac mathematica auxilia sequimur. En viam nostram. Aetas Nebucadnezaris, qui Hierosolymas expugnauit, accuratissime definita est, vt inter chronologos constat, canone Ptolemaei, obseruationes astronomicas continente. Hac ab epocha chronologi saniores omnes aetatem Mosis eruere studuerunt. Quod euenisset optime, si locus 1 Reg. 6, 1 rem non impediuisset. Scilicet hic ab exodo vsque ad templum Salomonis soli 480 anni dicuntur elapsi, contra historicorum Hebraicorum auctoritatem. Liber Iudicum enim ab exodo vsque ad templum conditum numerat 700 fere annos, praeter lacunas chronologicas atque anarchias in aera Iudicum[7]. Scilicet error hunc in locum irrepsit, qui vno tantummodo puncto corrigi poterit. Si scribas 1 Reg. 6, 1. תּף vel תתף = 880 pro תף = 480, habemus 880 annos ab Exodo vsque ad templum elapsos; quam coniecturam certissimis ac mathematicis

---

7) Vid. Prichard Egyptian Mythologie Appendix B. Locum dictum 1 Reg. 6, 1 emendari debere, prius me vidit Prichard, doleo vero in Fasc. VI. huius operis p. 33. me verum non vidisse, maxime cum eandem rem tetigerit Winerus in opere suo Biblisch. Realwörterb. Vol. II. Lips. 1838.

argumentis probare valemus. Primo cum Iudices nuspiam ipsorum in libro dicantur regnasse simul, absonum est putare, Iudices fere omnes simul cum sequentibus aliquot annos regnasse. Deinde chronologi veteres diserte tradunt, Hebraeos sub initium Dynastiae XVIII. apud Manethonem ex Aegypto egressos esse. Quam epocham obseruationes astronomicae annis natalitiis trium huius aetatis regum in monumentis consignatae definiunt; secundum quas Moses non anno 1500 a. Chr., sed circa annum 1900 a. Chr. Israelitas eduxit ex Aegypto[8]. Ergo aera Iudicum 400 annis longior fuerit necesse est, quam ex loco 1 Reg. 6, 1. computarunt chronologi. Sin Israelitae 400 annis prius Aegyptum egressi sunt, ingressi sint necesse est annis 215 ante 1900 a. Chr., hoc est circa annum 2100 a. Chr. Manserunt enim Israelitae in Aegypto, vt constat, 215 annos inde ab anno Israelis 130 vsque ad Mosis 80. Quod denuo argumentis mathematicis confirmatur. Scilicet Iosephus historicus tradit, pastores Hyksos, quos Aegyptii secundum Manethonem expulerint, fuisse Israelitas. Quam traditionem Iosephi, quum Manetho pastoribus Hyksos eadem fata et facta adscribat quae Moses Israelitis, nemo in dubium vocauit, praeter chronologos, quum vidissent Hyksos 400 annis prius Israelitis Aegyptum egressos esse. Iam hos pastores Manetho narrat anno 700 periodi canicularis (2782) in Aegyptum venisse, hoc est anno 2082 a. Chr. Ergo Israelitae, teste Manethone, Aegyptum anno 2082 a. Chr. ingressi eam deseruerunt annis 215 post, hoc est anno 1867 a. Chr. sub initium dynastiae XVIII, anno 880 ante templum conditum. Sin Israelitae Aegyptum reliquerunt anno 1867 a. Chr., Moses, quum annum vitae 80 tum ageret, natus fuerit anno 1948 a. Chr. necesse est. Quod denuo argumentis astronomicis confirmatur. Scilicet ex traditione Iudaica apud Abarbanel tribus et quod excurrit annis ante Mosem natum singularis accidit coniunctio ♄ et ♃ in ♓[9]. Qualis vere, vt tabulae astronomicae docent, accidit anno 1952 a. Chr., ergo tribus sane et quod excurrit annis ante 1948; quo secundum reliqua argumenta Moses natus fuit. Etiam Iosephus hanc ♄ et ♃ in ♓ coniunctionem, quod multos fugisse videtur, diserte memorat, dicens, inde Pharaonem, quum ipsi praedictum sit fore, vt puer tum natus ipsum de regno deiiciat, iussisse pueros Hebraeos in Aegypto tum natos interfici. Iam haec argumenta ita comparata sunt, vt nemo sane dubitare possit de annis, quos Iudices regnauerint, quoue Israelitae in Aegyptum venerint eamque deseruerint, quoue Moses natus fuerit. Superuacaneum foret aliis rationibus, quas in promtu habemus, v. g. computationibus e calendario Hebraico ductis, idem probantibus, probare, Israelitas non 1500. sed 1867. anno a. Chr. d. 7. Oct. Aegyptum egressos esse atque Mosen anno 1948 a. Chr. d. 18. Aug. lucem vidisse.

Iam cum Israelitae anno 2082 a. Chr., quippe periodi canicularis 700., venerint

---

8) Vid. auct. Systema Astronomiae Aeg. Lips. 1835. p. 342.

9) Vid. Ideler Chronologie Vol. II. p. 400. Coll. Ioseph. Ant. II. 9, 7. II. 9, 2.

cura Iosephi in Aegyptum; facile erit annum definire per Scripturam Sacram, quo Diluuium vere acciderit. Scilicet Versio LXX, quibus nulla ratio fuit, relata Pentateuchi chronologica neque augere neque diminuere numeris [10]), numerat hos annos inde a Diluuio vsque Israelem in Aegypto Gen. cap. XI. v. 11. seqq.

Anno	2	post	Diluuium	nascitur	Arphaxad
-	135	-	Arphaxad	-	Kainan
-	130	-	Kainan	-	Sala
-	130	-	Sala	-	Eber
-	134	-	Eber	-	Phaleg
-	130	-	Phaleg	-	Regu
-	132	-	Regu	-	Serug
-	130	-	Serug	-	Nachor
-	79 [11])	-	Nachor	-	Tharra
-	70	-	Tharra	-	Abraham
-	75	post natalitias suas Abraham in Canaan et Aegyptum migrat			
Summa	1147 an.				

Inde ab Abrahamo in Canaan et Aegyptum ingresso vsque ad Israelem in Aegypto Moses numerat 215 annos; inde vsque ad Exodum 215, ergo annos 430 ab Abrahamo vsque ad Exodum. Temporum ratio ab Abrahamo vsque ad Israelem sic se habet.

Anno	25	post Abrahamum egressum nascitur Isaac
-	60	Isaaci nascitur Iacob siue Israel
-	130	Israelis Aegyptum intrat ipse cum familia.
Summa	215.	

Ergo a Diluuio vsque ad Israelitarum aduentum in Aegypto elapsi sunt 1362 (p. 1363.) anni. Iam cum Israelitae Pastores in Aegyptum venerint anno 2082 a. Chr.; sequitur, Diluuium accidisse anno 3446 a. Chr., quo quidem, vti dictum, Noah alphabetum inuenerit.

Sin aliquis traditionibus his sacris fidem facere haesitet; alia argumenta in promtu sunt. Sic demonstrari potest anno 3446 a. Chr. cometam Halleyanam, cuius circuitus medius est 27555 dierum, in coelo fuisse; atque constat secundum scripta Persarum veterum sacra cometam praeiuisse diluuium. Porro ab hoc inde anno 3446 incipiunt simul cycli veterum maxime incliti septennis et duodecennis. Deinde a primo Ianuarii Iuliani die siue primo mensis Thoth anni 3446 a. Chr. vsque ad 2782 anni diem 21 Iulii, quo prima pe-

10) Vid. Perizonius L'antiquité des temps Par. 1784. 4. p. 19.

11) Recte Cod. Alexandr. habet 79 annos, non 179, quos aliquot MSS. afferunt. Anni enim Patriarcharum a diluuio inde non potuerunt non diminui; atque de auctoritate Cod. Alexandrini constat.

riodus canicularis coepit, elapsi sunt anni **664** integri. Praeterea a die **7.** Septembris anni **3446**, quo diluuium cessit, coepit cyclus hebdomadis ita, vt laetissimum euentum laetissimo diei quippe Solis incideret. Constat vero hebdomadem nostram omnes apud gentes reperiri, non solum apud Aegyptios, Romanos, Germanos; sed etiam apud Indos, Sinenses, Peruanos genuinos. Quas quidem ob causas negari nequit, Diluuium euenisse anno **3446** a. Chr.

4) Iam si Noah, quocunque demum nomine appelletur, anni **3446.** die **7.** Septembris Zodiacum imitari studuit alphabeto, vt veteres tradunt; id fieri non potuit, quin **25** illae literae genuina ad **24** Zodiaci antiqui segmenta referrentur ita, vt septem vocales septem planetis in Zodiaco positis responderent. Scimus autem a Graecis Aegyptiisque, quos ad planetas singulae vocales earumque imagines mythologicae pertinuerint. Scilicet spectarunt

ad ☽	vocalis	a	א	α
- ♀	-	e	ה	ε
- ☉	-	ï	ח	η
- ☿	-	î	ח̈	ει
- ♂	-	i	י	ι
- ♃	-	o	ע	ο
- ♄	-	v	ו	υ

Hinc Aegyptii e. g. vocalem *a* in regis Amosis nomine expresserunt lunulae imagine

5) Ex significatu et nominibus consonantium patet, Noam primas alphabeti literas א ב ad secundum Zodiaci Signum post punctum aequinoctiale vernum retulisse et sic deinceps. Scilicet antiquitus Zodiaci segmenta pariter atque Signa veteres diuiserunt inter planetas ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ hoc ordine, quo ipsi sese excipiunt ratione celeritatis vulgaris; ita vt series segmentorum Zodiaci minorum cum serie planetarum inciperet ab aequinoctio verno. Hinc e. g. prima de segmentis **24** illis primo in Signo post aequinoctium vernum posita dedicarunt ☽ et ☿, secunda ♀ et ☉ et sic porro. Eadem planetarum series expressa cernitur in consonis atque repetita vsque alphabeti ad finem, quod consonarum significatus et nomina docent. Sunt enim consonae deinceps res diis planetis singulis sacrae. Sic ר Resch caput ad Solem pertinuit pariter atque ג Gimel camelus cum ל Lamed flagello pro ratione symbolices veterum. Item ב Beth, modius, ad ♀ spectat. Iam cum prima Zodiaci segmenta pertinuerint ad ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ reliquos; primae vero literae א ב ג ד ad ♀ ☉ ♂: claret Noam Zodiacum alphabeto ita depinxisse, vt primas literas ad secundum ab aequinoctio verno referret Signum, quippe tum temporis Geminos (♊).

Quaeres, cur Noah initium alphabeti seiunxerit ab initio Zodiaci; cur literas א ב,

quod rei conuenientius erat, non retulerit ad ♉? Res sic se habet. Scilicet apparet ex ratione alphabeti, quum **25** literis constet, quumque in capite et fine vocalem habeat, duos planetas tum fuisse eo Zodiaci in loco coniunctos, quo *a* et *u* referantur. Si alphabetum **25** literarum inscribitur Zodiaco in **24** partes diuiso, accidit vt prima litera cum vltima idem segmentum intret. Ergo Noah vocalibus *a* et *u* vnum idemque segmentum subeuntibus coniunctionem planetarum *a* et *u* (☽ et ♄) indicare voluit ac debuit. Sin alphabetum cum ♉ incepisset, quod facillimum erat per se, debuisset planetas ☽ et ♄ secundo in Signo seorsim ponere. Quo facto alphabetum euenisset tale quoddam:

♉ ♊ ♋ ♌
1 △. **2** □. **3** v (♄). **4** א (☽). **5** ב. **6** ג. **7** ד. **8** ה (♀) } et sic porro.

Hinc vero potuissent putare ♄ et ☽ tunc non eodem, sed diuersis in segmentis apparuisse Noachidis. Curandum erat, vt planetae duo illi sub finem Diluuii tertio Zodiaci in segmento coniuncti pariter exprimerentur alphabeto. Hanc ob causam Noah literas **25** constituit ita, vt prima vocalis cum vltima certo Zodiaci in loco coiret; hancque ob causam primas alphabeti literas non ad ♉ sed ad ♊ retulit, vt sciretur, planetas ☽ et ♄ prima Geminorum in parte fuisse tunc coniunctos.

6) Iam si initium alphabeti, vti fert consonantium ratio, referatur ad Signum ♊; habemus hanc planetarum constellationem alphabeto expressam:

♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊
א α ☽ ב | ג ד | ה ε ♀ ו | ז ח η ☉ | ḧ ει ☿ ח | ט י ι ♂ | כ ל | מ נ | ס ע ο ♃ | פ צ | ק ר | ש ת | V υ ♄

Itaque, quo tempore alphabetum exstitit, planetarum loca fuerunt haec: ♄ ♊ **1 — 15**°, ♃ ♒ **15—30**°, ♂ ♏ **15 — 30**°, ☉ ♍ **15 — 30**°, ♀ ♌ **1 — 15**°, ☿ ♎ **1 —15**°, ☽ ♊ **1 — 15**°.

7) Facile est computare, quo tempore talis planetarum constellatio locum habuerit in generis humani fatis. Constat enim quamcunque septem planetarum constellationem semel tantum in historia venisse nec redire posse, si non post **215000** annos, vel accuratius post millia millium. Docet autem computatio, constellationem alphabeto expressam solo die **7.** Sept. anni **3446** a. Chr., quo die Diluuium Noachicum desiit, accidisse. Contra qui computauerit, qualis planetarum ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ constellatio fuerit die **7.** Sept. anni **3446** a. Chr., quo certissimis de causis Diluuium cessit; is inuenerit planetas Zodiaci in partibus positos iisdem, quibus vocales continentur in alphabetis variis Hebraico, Graeco, Latino, Aegyptiaco, cuneoformibus, Zendico, Pehluico, Indico aliisque

Itaque concludendum est, alphabetum nostrum reuera ortum esse anno **3446** a. Chr. ea Asiae in parte, ex qua omnes nationes post Diluuium prouenerunt, atque eo a viro, cui Sanchuniathon, Berosus, Graeci aliique alphabeti inuentionem adscripserunt. Ceterum hanc rem non leuis momenti esse in multas scientiae nostrae partes, nemo non animaduertit.

Vocabularium Aegyptiacum.

Ordo literarum in Lexico Aegyptiaco optimus est naturalis, ex quo hieroglyphorum classes XIV sic se excipiunt:

1. Figurae humanae stantes.
2. Figurae humanae sedentes et iacentes.
3. Partes corporis humani superiores, inferiores.
4. Quadrupedia cum corporis sui partibus, maiora, minora.
5. Aues et insecta cum corporis partibus, maiores, minores.
6. Serpentes et pisces.
7. Arbores et plantae cum suis partibus.
8. Aedificia eorumque partes.
9. Vasa ipsisque similia, maiora, minora.
10. Vtensilia domestica.
11. Instrumenta varia.
12. Astronomicae geologicaeque res.
13. Mixta vel incerta.
14. Signa numeralia singularia.

I. Cl. Humanae figurae stantes.

iaculatoris Martialis imago (vid. auctoris Syst. astronomiae Aeg. p. 391.) respondet literis ♂: ★ = *s*, △ = *t* in vocabulo sequenti. [1]

alias ★ et △, praesul aestatis vel quadrantis aestiui in Zodiaco, deus passim ante Osiridem iudicantem positus, capite canis insignitus. [1a]

lugens mulier, forte luctum Saturno adscriptum significans (Astr. Aeg. 403.), reperitur loco literarum ♄ = z (vid. s. p. 38.), permutatur cum et captiui imagine (*s*) passim. [2]

adorantis imago, forte adorationem Veneri sacram (Astr. Aeg. p. 390.) significans, exprimit *k* pariter atque et in Commodus aliisque. [3]

Martis *Phtha* (Astr. Aeg. p. 392.) imago exprimit literas ♂ e. g. *S* in = Rud. hier. 29. T pro in OYOT no. 167.; MC in MICI no. 5. [4]

msi Copt. MICI genitores Insc. Ros. L. 22.; respondet Graeco *γονεων*. [5]

Martis (Socharis) imago exprimit ♂ literas e. g. *m* in Phaminis no. 120. [6]

II. Cl. Humanae figurae sedentes.

infans, recens natus, Marti consecratus valet ♂ literas e. g. Σ pro in Saranus no. 261. *Τυφους* no. 146. Psammus no. 185. in seqq.; *i* in Tikauthi no. 431. in *ti* no. 427. [7]

hierogl.: *schif* dem. *fschi* filiis eius Copt. suff. 3. per. m. et ϣⲁoriri. Insc. Ros. L. 21. [8]

sfsts Sebastus. Prokesch Reise Tab. V. H. [9]

et imago Martis exprimit literas ♂ e. g. *s* in sequentib. = Stel. Vien. in Amenemes 139. *i* in *ti* no. 427. MC vel MICI in vocabulo sequenti. [10]

alias et et *misch* Copt. MICI genitus, genita. Mum. Lond. Vid. supra p. 17. [11]

Martis imago valet ♂ literas ϣ in ϣOC no. 350. aliisque. [12]

imago Martis flagelliferi exprimit ♂ literas *s* vel *i* in Venephes no. 99. [13]

Osiris, siue Iupiter (Astr. Aeg. 397.) exprimit ♃ literas e. g. *o* in Osimanthyas no. 17. [14]

imago Saturni Nemesis (Astr. Aeg. 401.) exprimit literas ♄ v. g. *v* in *Ουενεφης*. Vid. seq. *s* in Osimanthyas no. 17. Permutatur cum passim. [15]

wnphe Venephes apud Maneth. dyn. XX. Bibl. Aeg. 10, 874. [16]

alias *Osmntph*, Osimanthyas. Ros. I.; XIII. York XVIII. 16. [17]

imago forte rixantis ergo Martiale exprimit literas ♂ e. g. *i* in Petamenophis no. 187. *Τικανθι* 431. *s* in *Σενσαως* no. 86. Phusenes no. 30. *i* et *η* Pap. Lugd. Permutatur cum item *(i)* passim. [18]

Deus capite tapiri Indici insignis exprimit o in Osimanthyas Ros. I.; XIII. [19]

Vraniae canephorae imago exprimit ♄ literas pariter atque, quocum vices agit passim. [20]

imago Dei Ra (Solis) exprimit literas Solares e. g. *r* in seqq. no. 22. [21]

rmss Ramses cum ΑΜΟΥΝ ΜΑΙ Amoni carus titulo, rex 51. in tabula Abydica. [22]

ratos Ραθως rex. Dyn. XVIII. 11. Ex apographo Huyot. Bibl. Aeg. 10580. [22a]

imago Thoth ☿, exprimit ☿ literas vti *e* pro *ει* in Amenemes no. 139. permutatur cum. [22b]

III. Cl. Partes corporis humani.

R caput, respondet literae ר Solari; sonat *r*. (Vid. pag. 36.) reperitur pro *k*. Vid. s. p. 38.; valet ϧ pro in seq. [23]

